Quod tūc puer sapientissimus vt eo magis cōsolarent̄ & ī amore suo roborarētur. porrexit etiaꝫ deosculandā manū. Signauit etiam eos & bn̄dixit. Illi ergo se indinātes & valefaciētes cū magno gaudio recesserunt ⁊ p aliā viā reūsi sūt ī regionem suā. Quid ergo de isto auro putas factuꝫ qđ erat sic magni valoris. nūqđ dn̄a seruauit et depositū fecit. Vel nūqđ emit agros domos et vineas. Absit. Nō curat de talibꝫ pauptatis amator. Zelans igit̄ dn̄a fortit̄ pauptatē & intelligens filii voluntatem tam intus docentis q̄m signa exterius ostendentis. q̄a vultū forte aūtebat ab auro et vilipendebat. totum infra paucos dies erogauit paupibꝰ. Graue ei erat taleꝫ sarcinam tenere vel deferre. Vnde se ita totalit̄ expediuit. ꝙ quando intrauit tēplum nō habuit vnde agnuꝫ emeret quē offerret. ꝫ emit turtures vel colūbas. Vn̄ racionabile ē crede ꝙ magna fuit oblatō magoꝝ ⁊ ꝙ dn̄a zelans pauptatē. plena caritate dedit paupibꝫ. Et hodie puer ih̄s elemosinam recepit vt paup et etiā mater sua et non solū nō procurabat acq̄rere vel ꝯgregare. Sed etiā q̄ dabantur retinere nolebant. semp ī eis crescebat desiderium paupertatis. ⁊ si bene aduertis etiam humilitatis creuit ꝓfunditas. ī eo ꝙ dn̄s oīum puer ih̄s cū suis & aliis vilia pati voluit. ⁊ nō solū corā ꝑuis. ⁊ paucis sed multis & magnis. scꝫ regibꝫ illis et sociis eoꝝ q̄ꝑpluribus. Et in tali casu & tempore ī quo multū timendum erat. Nam cū venirent et inuenirent regem iudeorum quē & deū esse putabant. Dubitari poterāt ne talibꝫ vilibꝫ de ip̄o visis. reputantes se fatuos ⁊ delusos recederēt sine fide & deuotione. Sed non ꝓpterea cū sit humilitatis amator dans nobꝫ exemplū. ne sub specie alicuiꝰ apparentis boni recedamus ab humilitatis amore. ⁊ ꝙ discamꝰ etiā ī aliorum oculis viles & abiecti velle apparere.

Quō dn̄a ꝑmāsit ī illo loco vbi puerū genuerat pꝰ oblōnē magoꝝ

Expeditis igit̄ magis & versus patriam suam ꝛ̄gressis & tota oblatione paupibꝫ erogata. Adhuc stat ꝛ̄gina mundi cum puero ih̄u & nutricio eius sancto ioseph apud presepe in illo locello pacient̄ ⁊ humiliter. vsqꝫ ad q̄dragesimū diē ac si esset q̄uis mulier alia de populo ⁊ ih̄s esset hō purꝰ ⁊ indigerēt legis obseruatione. Sed q̄a nolebāt ꝑ̄rogatiuas singulares legē seruabāt vt ceteri Stabat aūt dn̄a more aliaꝝ dictam diem expectans ingressura tēpluꝫ.

ſtabat vigilans et attenta ſup cuſtodia filii ſui dilecti, O deus cum
q̃nta ſolicitudine et diligẽcia ip̃m gubernabat, ne vel in mĩmo eẽt
defectus c̃ca filiũ ſuum dilectũ, Cum quãta eciaꝫ reuerẽcia cautela
et pio timore ip̃m ꝯtrectabat, quẽ vere ſciebat eẽ deũ ſuũ ꝛ dominũ.
et flexis genubꝫ accipiebat ꝛ reponebat eũ in cunis, Cum quanta
eciã iocunditate ꝯfidencia et auctoritate materna ip̃m ãplexabat̃.
oſculabat̃, ſtringebat dulcit̃ et delectabat̃ in eo. quẽ cernebat eẽ filiũ
ſuum. q̃ꝫ ſepe. q̃ꝫ curioſe intuebatũr cum in vultu et ſingulis ptibꝫ
ſacratiſſimi ſui corporis. q̃ꝫ ſerioſe ac prudenter tenella membra faſ-
cians ꝯponebat, Sicut enĩ fuit humilima, ſic fuit et prudentiſſima
Vnde in ſingulis officiis et obſequiis vigilanti et dormienti ſedule
mĩſtrabat, nõ ſolũ infantulo ꝫ grãdeuo, O quã libent̃ eũ lactabat.
vix fieri potuit quin magnaꝫ dulcedineꝫ ꝛ inexpertaꝫ p̃ aliis femĩs
in talis filii lactatiõe ſentiret, Sed et ꝺ ſancto ſene ioſeph refert Bñ.
ſe credẽ ꝙ puerũ ſup genua ſua tenẽs eideꝫ frequẽter arriſerit, Stãte
igit̃ dña apud preſepe ꝛ tu cũ ea, ꝛ delectare cũ puero ih̃u q̃a virtꝰ
exit ab ip̃o, Quelibet autẽ aĩa fidel̃ et maxĩe religioſa pſona a die
natiuitatis domĩ vſqꝫ ad purificatiõꝫ debẽt ſaltem ſemel ĩ die apud
predictũ preſepe dñm viſitare. adorare puerũ eiꝰ ih̃m. ꝛ affectuoſe
meditari de paupertate humilitatẽ et benignitate ipſorum,

¶ De purificatione beate marie virginis, Luce ſecundo,

Adueniente igit̃ quadrageſimo die ꝓut ĩ lege ſtatutũ eſt. exiit
dña cũ puero ih̃u ꝛ ioſeph. ꝛ iuerũt de bethleem ĩ irl̃m que
ſunt qñqꝫ miliaria, vt ſcd̃m legẽ ſiſterẽt eũ dño, Vade et tu cum eis
et adiuua portare puerũ ih̃m. ꝛ diligent̃ ꝯſpice ſingula q̃ dicuntur
et fiunt q̃a deuotiſſima ſũt, Adducunt dominũ templi. ad templuꝫ
domĩ, Cũqꝫ intraſſent templũ domĩ, emerũt duos turtes aut duos
pullos colũbarũ vt offerrẽt ꝓ eo. ſicut pro pauperibꝫ fiebat, Et quia
pauprimi erãt. credendũ ẽ magis de pullis columbarũ, q̃a faciliter
et ꝓ mĩori p̃cio inueniũtur, et ideo in lege ponũtur in vltĩo loco, et
euãgeliũ tacet ꝺ agnello q̃ erat oblatio diuitũ, Et ecce ſymeõ iuſtuſ
in ſpũ venit ĩ templũ. et ſicut reſponſũ acceperat nõ viſurũ ſe mortem
niſi vidẽt xp̃m domĩ, Cũ feſtinãter veniens vidiſſet eũ. ſtatĩ ꝯgnouit
eũ ꝓphetico ſpũ, Et accedẽs adorauit eũ inter brachia mr̃is, Puer
aũt benedixit eũ et aſpiciẽs matrem inclinauit ſe volens ire ad eũ,

Quod mater intelligēs q̄uis admirans porrexit euȝ symeoni, Ille
aūt gaudenˀ ⁊ reuerēter ī vlnis suis eū suscipiēs·surrexit benedicēs
deū ⁊ dicēs, Nūc dimittis seruū tuū dn̄e ⁊c̄, Et ꝓphetauit de passiōe
eiꝰ, Superueīt ⁊ anna ꝓphetissa filia phanuel de tribu aser, Reqre
in textu euāgelii, Et adorās eū silˀr loquebatˀ ꝺ eo magnalia, Matˀ
vero sup̱ his admirans·ruminās que om̄ia ꝯseruabat ī corde suo,
Deinde puer ih̄us extendens brachia versus matrē ad eam rediit,
Postea vadūt ad altare processiōȝ faciēdo·q̄ hodie rep̄ntatˀ p̱ vniūsū
mundū· precedūt alacˀter illi duo venerabiles senes ioseph ⁊ symeō
tenētes se p̱ manus·et cū exultatiōe magna iubilātes et psallentes,
Confitemī dn̄o quōȝ bonus ⁊c̄ Fidelis dn̄s in omībꝫ v̄bis suis ⁊c̄,
Redēptionē misit dn̄s ppl̄o suo ⁊c̄, Quoniaȝ hic ē deꝰ nr̄ in ētnum
⁊ in scl̄m scl̄i ip̄e reget nos in secula, Suscepimꝰ deus mi̅icordiaȝ
tuā in medio templi tui, Seq̄tur v̄go mr̄ portans regē glīe· et āna
sociat eaȝ, Vadēs ex latere cū reuerēcia iubilans ⁊ ip̄a, Et gaudio
indicibili laudās deum, Ab istis aūt fit processio·paucis quidem ꝫ
magnis·et rep̄ntantibꝫ q̄si de omī genˀe hominū, Sunt enim inter
eos de mascul̄ ⁊ femīs·senibꝫ ⁊ iuuenibꝫ·virgibꝫ ⁊ viduis, Cū aūt
ad altaˀe mr̄ pueˀit cū reuēncia flectit ⁊ offert dilectissimū filiū suū ꝺo
pr̄i sic dicēs, Accipite patˀ excellētissiē vnigeitū vr̄m·q̄ꝫ b̄m mādatū
vr̄e legis vob̄ offero·q̇a p̄mogeitꝰ meus est, Sed rogo pater ut eum
michi reddatis, Et surgēs dimisit eū sup̱ altare, O deꝰ q̄l̄ ē oblatio
ista· nūq̄ꝫ a scl̄o talis facta fuit nec fiet, Respice bene singula, Stat
puer ih̄us sup̱ altari sicut q̇libet aliꝰ puerulꝰ·⁊ facie matūa r̄spicit
mr̄eȝ ⁊ alios·et huīliter ⁊ pacienˀt expectat q̇d deinceps fieri debeat,
Aduocanˀt sacˀdotes ⁊ redimitur dn̄s tanq̄ꝫ seruus·q̄nq̄ꝫ siclis more
aliorū, Siclus enī genꝰ monete·quibꝫ a ioseph sacˀdoti solutis·matˀ
letanˀt recipit filiū· accepit eciaȝ de maū ioseph p̄dictas aues vt eas
offerat ⁊ genuflectēs manusq̄ꝫ suas tenēs eleuatas·et ocl̄is in celuȝ
porrectis eas obtulit dicēs, Accipite clemētissime pater hāc oblacōȝ
hoc munusculū ⁊ p̄mū dotū·q̇d paruulus puer vr̄ vob̄ hodie de sua
paup̱tate p̄sentat, Sed et puer ih̄us manꝰ suas ad aures porrigēs·
ocl̄os leuauit ī celū, Et nec dū loquens gestibꝫ sil̄ cum mr̄e obtulit·
⁊ posuerunt eas sup̱ altare, Vidisti q̄les oblatores sūt isti mater et
filius·regina celoꝝ ⁊ dn̄s omnium, Nūq̇d potuit talis hostia q̄uis

parua puipēdi vel eciam repudiari, Ablit, Sed pocius per manus
sanctoꝝ angelorum ī supna curia pn̄tata et acceptata valde· ita ꝙ
tota iubilat et exultat, Postea vero beata v̄go adorās et rcōmēdās
se deo patri eťno discessit de ihrl'm visitatura elizabeth· volens videre
iohannem anteꝗ̄ de partibꝫ illis discedēt, Vade et tu semp cum ea
quocūqꝫ vadit· et iuua portare puerum, Cum ergo venisset ad eum
fecerūt magnū festū· et maxīe de pueris suis, Sed et pueri letabanť
adinuicē· et iohannes q̄si intelligēs reuerenter se habebat ad ihm̄,
Accipe eciaꝫ iohannē· q̄a hic puer magnꝰ est coraꝫ deo· si forte bene-
dixerit tibi, Aliquibꝫ aūt diebꝫ mora ibi ꝯtracta redeūt nazareth,
Si aūt ī p̄dictis vis informari de huīlitate et pauptate· ꝯsiderata
oblatione· redemptiōe· ac legis obseruatione· de facili potes adūtere,

¶ De fuga domi in egiptum

Cum ergo pergerēt v̄sus
nazareth· nescientes adhuc sup hoc ꝯsilium domi· ⁊ herodes
pararet se ad necem pueri ihu· angelus domi in somnis apparuit
ioseph dicēs ei· vt cū puero et mr̄e fugēt ī egiptū· q̄a herodes q̄rebat
perdere aīaꝫ pueri, Ioseph vero euigilās excitat mr̄eꝫ et dixit hoc ei,
Ipsa tunc incontinenti surgens nulla mora contracta· voluit iter
arripere, Concussa enī ad hāc vocē sūt omīa viscera eius· ⁊ c̄ca filiū
suū nolebat negligēs inueniri, Quare de nocte ceperunt statim ire
versus partes egipti, Meditare bene predicta et infrascripta· et quō
puerū ihm̄ dormiētē eleuat, Considera eciaꝫ actus ipsius pueri ihu
dum excitať ⁊ non pmittiť iam quiescere· ⁊ ꝯpatē ipi· Attende hic
diligenť· quia bona ⁊ multa ī pn̄ti negotio potes ꝯsiderare, Primo
ꝯsidera queādmodū ī psona sua suscepit ꝓspera ⁊ adūsa, Vt cū silr̄e
tibi ꝯtigerit nō sis impaciens, Nam iuxta montē inueies vallem,
Ecce enī ī natiuitate sua xp̄s magnificatꝰ fuit a pastoribꝫ ut deus
et parū post fuit circūcisus vt peccator, Deinde veientes magi eum
plurimū honorauerūt et nichiloīꝰ ī stabulo remanēs· stabat inter
aīalia vl' bestias et plorabat ut cuiusdaꝫ homūcii filiꝰ, Postea fuit
pn̄tatꝰ ī templo· a symeōe ⁊ anna multū magnificatꝰ et exaltatꝰ·
et nūc ab angelo diciť ꝙ fugiat ī egiptū, Et d̄ multis talibꝫ poteris
in sua vita procedē· q̄ ad nr̄aꝫ instruccōꝫ possumꝰ intorquere, Cum
ergo ꝯsolationē habueris· expecta tribulationē ⁊ econūso, Vnde in
ꝯis nec extolli nec frangi debemꝰ, Dat ergo nobis dn̄s ꝯsolationem

ad spem subleuandaȝ ne deficiam9· et tribulationes ad humilitateȝ
ꝯseruādaȝ ut cognoscentes miseriaȝ nr̄am semꝑ ī suo stem9 timore,
Ad nostram ergo instrucc̄oȝ mediteꝛ̄ ipsum fecisse hoc·⁊ eciaȝ vt se
diabolo occultaret, Secundo ꝯsidera c̄ca dei beneficia et ꝯsolatiões·
ꝙ qui ea percipit nō debet se ꝓferre nō percipiēti·⁊ q̇ nō percipit nō
deiciat̄ nec habēti inuideat, Hec dico q̄a angeloꝝ locutiones fiebant
ioseph et nō matri·cū tamē longe eēt inferior ea, Item eciā q̇ ꝑcipit
licet nō percipiat ꝑ suo velle· nō tamē debet eē ingr̄tus nec murmu-
rare cū eciā ioseph qui tant9 erat apud deū et nō palaȝ ȝ in somnis
tales allocutiões pꝛ̄ciperet, Tercio ꝯsidera quomō dn̄s ꝑmittit suos·
ꝑsecutionib9 et tribulationib9 vexari, Nonne magna erat t̄bulatio
matri ⁊ ioseph·cū videret puerū ad occisiōȝ queri, Quid enī grauī9
audire poterāt, Et erat eis in hoc tribulatio magna·q̄a licet scirent
eū eē filiū dei·tamē poterat sensualitas ipoꝝ turbari ⁊ dicē· dn̄e de9
omp̄s quid op9 est ꝙ iste filius tuus fugiat, Nonne potes hic eum
defendere, Et eciā ī hoc erat tribulatio·ꝙ in terraȝ longinquaȝ opor-
tebat eos ire quā ignorabāt, Et ꝑ vias asperas cū eēnt inabiles ad
eundū, Domia ꝓpter iuuentutē, Joseph ꝓpter senectutē, Ipe eciam
puer quē portare debebāt vix erat duoꝝ mensiū·⁊ peregrinari habe-
bant in terra aliena, Paupes eciā q̄si nichil habētes, Omia enī ista
sunt afflictionis materia, Tu ergo cū tribulaueris·paciēciaȝ habe·
nec credas tibi ab eo dari ꝑuilegium·qd̄ nec sibi tribuit nec matri,
Quarto cōsidera benignitatē dn̄i, Vide ergo q̄ncito ꝑsecuc̄oȝ patit̄
⁊ fugatur de terra natiuitatis sue·⁊ tamē benigne cedit furori ipius·
quē poterat perdere ī momēto, Profunda est hec huilitas et pacien-
cia magna, Nolebat sibi vicē reddere nec offendē·ȝ fugiēdo īsidias
eius vitare, Sic et nos conem̄ facē obiurgātib9·vel rephendentib9·
vel ꝑsequētib9 non resistere·ul' de ipis vindictā expetē· ȝ pacienter
eos portare et ipoꝝ furori cedere ·et ꝙ plus est pro eis orare, Vel ut
alibi dicit̄ in euāgelio, Fugiebat ergo dn̄s ante facieȝ serui diaboli,
Portabat eū virilit̄ tenera et iuuenis valde, Et sanct9 ioseph multū
senex ī egiptū ꝑ viā siluestrē·obscurā·nemorosam·asperā· et īhabi-
tatam·per viam eciaȝ valde longaȝ, Dicitur enī ꝙ ad iter cursoris
sūt xii·ul' xiii·diete·pro eis aūt erat iter duoꝝ mensiū ul' plurium,
Juerunt enī vt dicit̄ ꝑ desertū illud·ꝑ qd̄ transierūt filii isrl'· in quo

steterũt·xl·ãnis, Sed quomõ faciebat ꝺ victu secũ portãdo·vbi eciaꝫ
ul' quõ de nocte q̇escebãt ⁊ hospitabant̃·raro enĩ domos inueīebãt·
uel quomõ poterãt portare penas estus et solis qui erãt ita delicati,
Compatē ergo eis ·q̇a labor difficilis magnꝰ et longus tã ipis q̃m
puero ihũ· Vade cũ eis et iuua portare puerũ et si qua alia portãt·
et seruias in omnibꝫ q̇bus potes· Non deberet videri nob' labor pro
nobilissipis penitēciaꝫ agere· ꝓ q̇bus tantꝰ labor ab aliis et talibus
et tociēs ē assumptꝰ· De his autē que ipis ĩ deserto ⁊ ꝑ viã ꝯtigerũt
q̇a pauca autētica inueniũtur·nõ curo referre, Cum ergo ĩ egiptũ
intrauerũt omĩa ydola ipius prouĩcie corruerũt ·sicut ꝑ ysaiaꝫ fuit
ꝓphetatũ, Ascendet dñs suꝑ nubē leuez·⁊ ingredietꝛ egiptũ ⁊ ꝯmo-
uebũtur simulachra egipti, Iuerũt ad q̃ndaꝫ ciuitatē hermopolim
et ibidē aliquaꝫ domũculã ꝯducētes habitauerũt ibi ꝑ septē annos
ut ꝑegrini ⁊ aduene·paupes et egeni·incogniti et despecti, Hic hic
occurrit pulchra et pia ⁊ valde ꝯpassiua meditatio, Adũtas bene q̃
seqũtur, Vnde enĩ et quomõ viuebãt isti tanto tempore·et nũcquid
mendicabãt, Legitꝛ enim de dña ꝙ colo et acu querebat sibi et filio
necessaria, Suebat ergo et filabat p̃cio dña mũdi amor pauptatis,
Multum ꝑ omēꝫ modũ pauptatē dilexerũt· et eidem ꝑfecte usqꝫ ad
mortē fidē seruauerũt, Sed nũcq̇d ipa ibat ꝑ domos petēdo pannos
⁊ alia in quibꝫ ipa oparetꝛ, Oportuit enĩ hec ꝑ viciniaꝫ innotescere
alias vacasset ab istis·quia ille muliēs nõ poterãt diuinare, Sed
cũ puer ihũs incepit eē q̇nquennis·ul' sic, Nũcquid portabat am-
basiatas mr̃is·petēdo ꝓ ipa ea ĩ quibꝫ opari valēt, Non enĩ hēbat
aliũ scutiferum, Sed nũquid reportabat opa facta·petens ex parte
mr̃is solucõꝫ et preciuz, Nõne ĩ talibꝫ erubescebat puer ihũs filiꝰ dei
et eciã ipm mittēs, Sed et forte aliq̇ciens dũ opꝰ reddidisset et p̃ciuz
petēt·aliq̃ suꝑba·aut rixosa·seu loquax ꝑsona eidē iniuriose respõ-
dit·opꝰ factũ accepit·eũ sine p̃cio expulit ·⁊ sic vacuꝰ domũ rediit,
O quot et q̃nte iniurie fiũt huiusmodi aduenis · q̃s dñs non venit
visitare ꝫ suscipe, Quid eciã si aliquando domum rediēs et famem
paciēs·more pueroꝝ peciit panē·nec vnde daret habuit matꝛ, Nõne
in his et similibꝫ talr̃ ꝯuciebãtur omĩa viscera sua, Consolabatur
verbis filiũ suum ⁊ ope vt poterat ꝓcurabat· et sibi forte aliquãdo
subtrahebat de victu ut filio reseruaret, Hec et similia de puero ihũ

meditari potes, Dedi tibi occasiõz, Tu vero sicut videbit̃ estimabis
ꝯ ꝓsequeris, Sis ꝗ̃ paruul⁹ cum puulo iħu; nec paruipẽdas talia
huilia et q̃ puerilia vident̃ ꝺ ipo meditari, Videt̃ enĩ dare deuocõz,
augẽ amorẽ; accendẽ feruorẽ; inducẽ ꝯpassiõz puritatẽ ꝯ simplicita-
tem ꝯferre; humilitatis et pauptatis vigorem nutrire; ⁊ ꝯseruare
familiaritatẽ, ꝯ ꝯformitatem facere; ac spem eleuare, Nam ad sua
sublimia ascendẽ nõ valem⁹, ꝫ qḋ stultũ est deo sapienci⁹ ẽ homib;
⁊ quod infirmũ potẽcius, Videt̃ enĩ taliũ meditatio tollẽ supbiaz;
cupiditatem eneruare; ac curiositatẽ confundere, Vides quot bona
inde proueniunt, Sis ergo ut dixi cum paruulo paruulus; ⁊ cum
grandescente grandescas semp tamẽ humilitate seruata; ut sequari
eum quocũq; ierit ꝯ intuearis faciem eius semp, Sed in superiorib
attendisti; ꝗ̃ laboriosa fuerit eoꝝ paupertas ꝯ ꝗ̃ verecundia, Et si ex
operib vite victum eos querẽ oportebat qḋ de vestimẽtis dicemus;
quid de vtensilib; scz lectis et aliis infra domũ oportunis, Numq̃d
duplicia habebant et nũq̃ supflua uel curiosa, Hec ꝯtra pauptatẽ
sunt et ideo si habere possent nollent amare ea amore paupertatis,
Sed numq̃d domĩa suendo uł alia faciẽdo opabatur more q̃runda
opera curiosa, Absit, Faciant hec qui perdere tempus non curant,
Non enĩ poterat ipa licet in tanta egestate posita extendere tempu
in vanis; nec aliquo mõ fecisset, Est enĩ piculosum viciũ maxime
in religiosis psonis, Vis videre quõ pmo; q̃a temp⁹ ad laudãdum
deum cõcessum expendit̃ ĩ vanis cõtra ipm, Multũ enĩ pl⁹ de tẽpore
occupat q̃ expediat opus curiosũ, Et hoc valde maluz est; q̃a faciẽti
est causa vane glie, O quociẽs aspicit ꝛcogitat et mẽte reuoluit; eciã
quando nõ operat̃, Et eciã q̃ndo debet deo intẽdere ut pulchrũ op⁹
faciat, Exinde eciã reputat se et vult reputari, Tercio q̃a ei cui facit
opus est causa supbie, Tali enĩ oleo nutrit̃ ignis supbie ⁊ magis
accendit̃, Sicut enim rudia et grossa sũt humilitatis fomentum; sic
ista supbie, Quare; quia ẽ materia retrahenda animaz a deo, Naz
scḋm gregorium, Tanto quis a superno amore disiũgitur; quanto
inferius delectat̃, Quarto quia est ꝯcupiscẽcia oculorum; vnum de
tribus peccatis ad que omnia alia reducuntur, Ad nichilum enim
talia valent nisi ut inde oculi pascantur vane, Nam quociensq̃q
in talibus delectabitur; respicit; ⁊ vane oculos pascit; tam qui facit

q̄ qui portat et vtitur. tociens offendit, Tercio quia multorū aliorꝝ est laqueus et ruina, Nam talia aspiciētes multipliciter possunt offendere. uel malum exemplum habendo. uel delectabilit̄ aspitiendo. uel simile cōcupiscendo. uel iudicando. uel murmurando. uel detrahendo, Cogita ergo quociens deus offendi potest anteq̄ꝫ illa curiositas sit deleta, Omnium autem talium ille qui fecit opus est causa, Vnde si pater doceret filium ꝙ faceret huiusmodi non deberet. quia peccato nulla causa consenciendum est, Vides quot mala ex tali curiositate proueniunt, Adhuc est aliud malum ꝛ peius omnibꝫ. ꝙ curiositas directe obuiat paupertati, Et multa omnia predicta, Est eciam hoc ꝙ leuis et vani ꝛ inconstantis animi est iudicium, Hec autem sic curiose dixi. ut curiosa deuites, Non tamē intelligi debet. quin in aliquo casu liceat facere opera pulchra et delicata. specialit̄ in his que diuino cultui mancipantur, In quibꝫ tamē omnis inordinata affectio et intentio est cauenda, Sed redeamꝰ ad dominaꝫ in egiptum, Et conspice ipsam in laboribus. suendo. filando. texendo. quomodo omnia facit fidelit̄. huiliter. ꝛ sollicite. semper habēdo diligentem curam super dilecto filio suo. et sup gubernatiōe domꝰ. necnon vigiliis et orationibus. iuxta posse erat semper intenta, Ex toto ergo affectu eidem compatere et considera. quia nō habuit ḡtis regnum domina regni, Sed illud forte contingebat sepe. ꝙ alique bone matrone videntes eius paupertatem. sanctam et honestam cōuersationeꝫ. aliqua transmittebat eidem. que humiliter et cum graciarum actione accipiebat, Sed et sanctus ioseph aliquid operabat̄ in arte lignamis. vndiqꝫ occurrit sibi compassionis materia, Tandem cum aliquaꝫ moram cum ea cōtraxeris pete licenciaꝫ recedēdi. et benedictione percepta. primo a puero ihū. deinde a muliē. postea a ioseph genubus flexis cum lacrimis et compassione magna valefacias eis. quia tanq̄ꝫ exbāniti et exules a patria sua sine aliq̄ causa remanent ad pegrinandum ibidem p septem ānos in sudore vultuˢ sui victuri,

¶ De reditu domine nostre de egipto

Completis septem annis quibꝫ dominus pegrinatus est, Angelus apparuit ioseph in somnis dicens, Tolle puerū ꝛ matrem eius ꝛ vade in terram isrl̄. defuncti sunt enim qui querebant animam pueri ad perdendum, Qui accepit puerum ꝛ matrem eiꝰ

et rediit in terram israhel, Et cum fuit ibi. audiens quod archelaus filius herodis regnaret ibi timuit illo ire, Et iterum amonitus ab angelo. iuit in galileam ciuitatem nazareth, Fuit autem reditus eius circa festum epiphanie. scilicet secundo die prout in martirilogio habetur, Vides eciam hoc sicut fuit tactum in superiori tractatu. quomodo dedit consolationes et relationes per partes. et non ita plenas ut appetit et exposcit, Quod ex duobus in facto isto potes perpendere. dum quia in somnis et non palam ut ibi dixi. dum quia inter duas vices dixit ei ad quem locum ire deberet, Et dicit hic glosa quod hoc fit quia ex frequenti visitatione quis cercior redditur, Unde qualescumque sunt nobis. debemus videri magne et inde simus grati. quia semper ex parte sua facit quod nobis utilius esse cognoscitur, Nunc autem circa domini reditum insistamus, Circa quem diligenter attende quia pia est hec meditatio valde, Redeas igitur in egiptum causa visitandi puerum ihesum. quem cum extra forte inter pueros inueneris ipse te videns statim occurret tibi. quia benignus affabilis et curialis est, Tu vero genuflectens osculare pedes eius. et postea inter brachia ipsum suscipias et aliquantulum cum eo quiescas. tunc dicet tibi, Data est nobis licencia ad nostram patriam redeundi. et cras hinc recedere debemus. bona hora venisti quia nobiscum redibis, Cui alacriter respondeas te ex hoc multum gaudere. et quod eum optas sequi quocumque ierit, Et his collocutionibus delecteris cum eo, Dixi iam tibi quod huiusmodi que puerilia videntur meditari multum prodest, Et postea ad maiora transmittunt, Deinde ducet ad matrem et curialiter te honorabit, Tu vero genuflectens fac eis reuerenciam et sancto seni ioseph et requiescas cum eis, Mane sequenti videbis aliquas bonas matronas de conterrata. et eciam homines venientes ad sociandum eos usque extra portam ciuitatis. propter placibilem et sanctam conuersationem ipsorum. Predixerant enim discessum suum per viciniam per plures dies. quia non erat conueniens quod subito quasi furtim recederent, Decens tamen fuit quando venerunt in egiptum. quia timuerunt mortem pueri. Incipiunt enim recedere et ioseph cum hominibus precedit et domina sequitur alonge cum matronis, Tu vero accipies puerum per manum. vade in medio ante matrem, Nam ipsa post se non dimittet eum, Cum autem sunt extra portam. ioseph non se patitur amplius

sociari, Tunc vero aliquis ex illis ꝯpaciens paupertati eorũ puerũ vocat· et aliquos denarios eidē tribuit pro expensis, Verecundabat̄ puer accipere tamen paupertatis amore manum parat· pecuniam accipit verecunde et gracias agit, Hic et plures fecerunt, Vocat̄ etiã a matronis & insuper faciunt idem, Nec min⁹ mater verecũdabat̄ q̃ filius· verũtamẽ eis gracias egit humiliter, Vere hic eis compati potes· cum ille cuius est terra et plenitudo eius· ꝙ se et matre et nutritio suo sic paupertatem artam elegerit et in tanta penuria vixerit. Multum in eis relucet paupertas sanctissima· & nobis amabilem et imitabilem ostendunt, Tandem gracias agentes eis valefaciunt omnibus· et iter suum arripiunt, Sed quomodo redibit puer ihũs infantulus, Difficilior enim michi videtur reditus q̃ accessus, Nam quando venit in egiptum ita paruul⁹ erat ꝙ poterat portari, Nũc autem ita magnus ꝙ portari non valet· & sic paruus ꝙ per se ire non potest, Sed forte aliquis ex illis bonis viris dedit eis uel cõmodauit aliquem asellum super quem ire vellet, O puer egregie et delicate rex celi et terre· quantum laborastis pro nobis et q̃cito cepistis, Vnde propheta predixit in uestra persona. Pauper sum ego & in laboribus a iuuentute mea, Penurias magnas· labores arduos· et afflictiones corporis constantissime assumpsistis· habuistis vosipm quasi odio pro amore nostro, Certe solus hic labor de quo nunc tractamus· ad plenā redemptionẽ sufficẽ debuisset, Accipe ergo puerū ihũm & pone super asellum & fideliter ducas eum· et cum descendere voluerit letanter eum brachiis suscipias & aliquantulum teneas· saltem quousq; veniat mater ei⁹ que aliquãtulũ plani⁹ ambulat· tunc puer ibit ad eā eritq; matri requies magna receptio filii, Vadunt igitur et transeunt per desertum per quod venerunt· iterũ sepe poteris compati ipsis· et respicere eos fatigatos et labore victos· tam de die q̃ de nocte parum quietis habentes. Cum autem fuerint circa finem deserti· inuenerunt iohannem baptistam qui iam ceperat ibi penitenciam agere· cum tamen nullum haberet peccatum, Dicitur ꝙ locus iordanis in quo baptizat iohãnes est ille vnde transierunt filii israhel quando venerunt de egipto per dictum desertũ· et ꝙ ꝓpe illum locum in desertum ipse iohãnes penitenciã fecit, Vnde possibile est ꝙ puer ihũs inde transiens in reditu suo inuenit eũ ibidem,

Meditteris ergo quomodo suscipit eos alacrit. et ibi aliquantulum subsistentes. commederunt cum eo illa cruda cibaria. Tandem in mensa recreatione spiritus habita valefecerunt ei. Tu autem et in aduentu et in discessu genuflectas iohãni deosculans pedes eius. benedictionem petens et ei te recommendans. Excellens enĩ ac valde mirabilis est puer iste. Ipse enim fuit prim9 heremita ac principiũ et via religiose viuere volentium. Fuit etiã virgo purissimus. predicator maximus plusquam propheta. et martir gloriosus. Postea transeuntes iordanem applicuerunt ad domũ elizabeth. vbi magnũ et iocundum festum factum est inter eos. Et ibidem audiens ioseph ꝙ archelaus filius herodis regnaret in iudea. timuit et ammonit9 ab angelo in somnis venit in galileam ciuitatem nazareth. Ecce reduximus puerum ihesum de egipto. et eo reuerso concurrunt sorores domine et alii consanguinei et amici visitandum eos. Ipsi autem nazareth quiescunt ꝛ pauperem vitam ducunt. Exinde autem vsqꝫ ad duodecimum etatis annum pueri ihũ. non legitur aliquid ð eo. Dicitur tamẽ ꝙ verisimile est ꝙ adhuc est ibi fons de quo puer ihs deferebat aquam matri. faciebat enim hec seruitia matri humiliter humilis dominus. Nam nõ habebat alium seruientem. Potes etiã hic meditari. ꝙ cum matre propria sorore domĩe veniebat iohãnes euangelista qui tunc erat annorũ qñqꝫ. Nam legitur de eo ꝙ obiit anno a passione domĩ sexagesimoseptimo. etatis vero sue anno nonagesimooctauo. Et sic tempore passionis domini habebat. xxxi. annos. cum dominus ihus haberet xxxiii annos uel parumplus. Cuꝫ igitur dominus ihus in hoc reditu esset septem annorum. iohãnes erat quinqꝫ. Intuere itaqꝫ ipsos simul stantes et conuersantes. sicut dominus dabit tibi. Hic enim postea fuit ille discipulus queꝫ familiari9 diligebat ihs.

¶ Quõ puer ihs remansit ĩ irlm̃ luce iiii°

Cum autem esset ihs annorum duodecim ascendit cum parentibus in irl'em scdm consuetudinem et preceptum diei festi et durabat per dies septem. Laborabat etiam nunc domin9 in itineribus longis. et vadit vt honoret patrem suũ celestem in festis suis. Est enim amor summus inter patrem ꝛ filiũ. sed maior erat ei afflictio et dolor cordis et acerbior de inhonoratiõe patris ꝛ multiplitiũ commissione peccatorum. qꝫ de honore apparentis ꝛ exterioris põpe

festi leticia. Stabat ergo dominus legis obseruãs legẽ. et inter aliqȝ conuersans humiliter quasi quilibet alius pauperculꝰ. Consumatis autem diebus festi recedentibus parentibus. ipse in irl'm remansit. Attende hic bene pro deo. et ad omĩa que dicuntur et fiunt te presentem exibeas. Valde enim et deuota materia et proficua est hic. Dixi autem iam tibi ꝙ nazareth vbi dominꝰ habitabat. distabat a irl'm per sexagintaquatuor miliaria uel circiter. Cũ ergo mater et ioseph per diuersas vias incedẽtes. venissent insero ad locũ vbi dieta ꝯplebatur. et vbi hospitari debebant. Videns domina ioseph sine puero quem cũ ipso redisse credebat. querit ab eo vbi est puer. Et ille nescio. quia non rediit mecum. Tecum enim rediisse putabam. Tũc illa dolore uehementi concussa cum lacrimis dixit. Non rediit mecum. Video ꝙ filium meum non custodiui. Et volens ire p domos quãtum decenter potuit illo sero. circuibat querens de ipso et dicens. Vidistis ne vos filium meum. Et vix pre dolore et ardore desiderii se cõtinebat. Ioseph vero senex sequebatur eam cũ fletu. Quo nõ inuẽto qualem quietem habere poterant tuipse cogita. et maxime mater q̃ eum arcius diligebat. Et licet a notis confortaretur. tamen non poterat consolari. Quid enim erat perdere ihm. Conspice bene ipsam et vehementer cõpatere quia in amaritudine est. et ĩ angustia anĩa eius in hac hora. Nunq̃m ex quo nata fuit usqȝ tunc fuit in tanta. Non ergo turbemur quando tribulationes habemus. cum etiã matri nõ pepercit deus. Ad suos enĩ eas venire permittit. et signa sunt sue dilectionis. Nobis autem expedit eas habere. Tandem domina in cameram se reducens. ad orationem et planctuȝ se ꝯuertẽs dicit. O deus pater eterne et clementissime. vobis placuit michi dare filiũ vestrum. sed ecce perdidi eum et nescio vbi sit. Reddite michi eum o pater. tollite michi amaritudinem hãc. et docete me filium meum. Respice pater ad afflictionem cordis mei. et non ad negligenciam meam. Incaute me habui et ignoranter feci. sed benignitatẽ vestraȝ peto. Reddite michi ipsum. quia sine ipso viuere nõ possum. O fili dulcissime vbi es. Quid est de te. Apud queȝ nunc hospitaris. Nũquid ad patrem tuum redisti in celum. Scio enim quia deus es et dei filius. Sed quomodo michi non dixisses. Sed et nũquit ab aliquo insidiose es quesitus. Scio enim ꝙ homo vere es ex me natꝰ. et als

ab herode quesitum in egiptum portaui, Pater tuus ab omni malo te custodiat fili mi. Indica michi vbi sis fili mi ꝛ veniam ad te vel tu redi ad me, Parce michi hac vice quia nunq̄m amplius contin-get michi .ut te custodiam negligenter, Nunquit aliquam offen-sam feci tibi fili mi. propter quam ergo causam recessisti a me, O fili mi ne tardes venire ad me . Nunq̄ ex quo nat⁹ es vsq̄ mō fui sine te uel comedi vel dormiui nisi nunc solum, Modo autē sine tē sum et nescio qualiter hoc factuꝫ sit, Tu scis q̄a tu es spes mea vita mea et omne bonum meum. et sine te esse non possuꝫ, Indica ergo michi vbi nunc es et quomodo te valeam inuenire. Talibus ꝛ similibus dictis se mater per totam noctem angustiabat sup dilecto suo filio. Die vero sequenti tempestiue domum exeuntes. querebant eum ꝛ p circumstantia loca, Nam per plures vias patebat reditus, Sicut qui de senis vellet pisas. posset ire per podiobonizzi. per colle. aliaq̄ loca. hac igitur de causa circūeundo ibant per alias vias querentes eum inter cognatos et notos, Quo ꝛ tunc non inuento. mater sine spe anxiebatur ꝫ non poterat consolari. Tercia vero die redeuntes in irl'em. inuenerunt eum in templo sedentem in medio doctorum. Tunc ipsa videns eum exhilarata quasi reuiuisceret. genu flexit ꝫ cum lacrimis gratias egit, Puer autem illis videns matrem venit ad eam, Quem ipsa inter brachia suscipiens ꝛ stringens et osculās dulciter ponit uultum ad vultū suum. et tenens in gremio aliquā-tulum sic cuꝫ eo requieuit. neq̄ enim tunc loqui ꝓ teneritudine po-tuisset, Postea respiciens eum dixit ei. Fili quid fecisti nobis. sic ego et pater tuus dolentes querebamus te, Et ille, Et quid est ꝙ me que-rebatis. nesciebatis quia in his que patris mei sunt oportet me esse. Quod verbum illi non intellexerūt, Dixit ergo ei mulier, Fili. volo ꝙ redeamus ad domum nostraꝫ, Num vis redire nobiscum, Et ille respondit. ego faciam quod placuerit vobis. Et rediit cum illis na-zareth, Vidisti ergo afflictionem matris ī predicto negotio. Sed q̄d fecit iste benedictus puer in illo triduo, Conspice eū attente quomō se reducit ad hospitale pauperum. et cum verecundia petit se hospi-tari et ibidem comedit. et hospitatur cum pauperibus puer ihesus. Conspice eum sedentem inter doctores vultu placido sapienti ꝛ reue-renti. ꝫ audiebat et interrogabat eos q̄si ignorans. q̄d ex huīlitate

faciebat · et etiam ne ipsi verecundarentur super mirabilibus responsis eius, Considerare autem potes in predictis tria valde notabilia. Primum quod qui vult deo adherere · non debet inter consanguineos conuersari sed ab eis discedere. Nonne autem puer ihesus a se dimisit dilectissimam matrem · cum operibus patris sui intendere voluit · et etiam postea quesitus inter cognatos et notos non fuit inuentus, Secundum quod qui spiritualiter viuit · non miretur si aliquando arida mente remanens · videtur sibi derelictum se esse a deo · et cum hoc matri dei contigerit, Non ergo mente tabescat · sed diligenter eum querat per continuum exercitium spiritus · in sacris meditationibus et bonis operibus persistendo · donec reinueniat eum. Tercium quod non debet quis esse proprii sensus uel proprie voluntatis, Nam cum dominus ihesus dixisset quod oportebat me patris operibus intendere · mutauit consilium et matris voluntatem secutus est · et recessit cum ea et nutritio suo et erat subditus illis, In quo etiam admirari potes eius humilitatem, Hec non sunt de textu. Anshelmus, Exhinc idest duodecimo anno vsque ad tricesimum annum saluatoris, Miror quod se transtulit calamus scriptoris · hinc forsan suggeritur animo lectoris · ne se nimis publicent acta iunioris. Et bernhardus super hoc verbo, Cum esset ihesus annorum duodecim. Vbi inquit eras bone ihesu post illud triduum, Quis tibi cibum ministrauit vel potum, Certe vt per omnia te nostre conformares paupertati et omnes vite humanas miserias et calamitates susciperes · quasi vnus de turba pauperum stipem per ostia mendicabis, Quis michi dabit illarum bucellarum mendicatarum participem fieri · uel saltem illius diuini edulii reliquiis saginari.

Quid dominus ihesus fecerit a duodecimo anno usque ad principium tricesimi.

Reuersus igit̄ dn̄s ih̄us a templo et irl'm cū parentib⁹ suis in ciuitatē erat subditus illis. et habitauit cū illis ibidē abinde vsq; ad p̄ncipiū tricesimi anni. nec in scripturis repitur. q̄ in tp̄e isto fecit aliq̄d. quod videt̄ valde mirabile, Quid ergo meditabim̄ fecisse, Stetit ne dn̄s ociosus tanto tempore. ut nichil facēt dignuz recitacōe et scripta, Si eī fecisset. cur nō fuisset scriptū. sicut reliqua facta sua, Omīo videt̄ stupor, Sed attende hic bene. quia patenter videri potis. q̄ nichil faciēdo fecit magnifica, Nichil eī de fc̄tis ei⁹ a misterio vacat, Sed sicut v̄tuose loq̄batur et operabat̄. sic v̄tuose tacebat et q̄escebat et se subtrahebat, Magister igit̄ summ⁹ aliq̄ndo docturus v̄tutes et viam vite. cepit a iuuētute sua opa v̄tuosa sed modo mirabl'i et incognito. ac ītroactis temporib⁹ inaudito scilic; se reddendo in ꝯspectu hoīm inutilē abiectū et insipientē. ut d'uote et sine omī temeraria assercōe cogitari potest. tamen cū hac modificatione suscipe oīa q̄ tibi affirmo. que ꝑ auctoritatez sacre scripture vel doctoꝝ sacroꝝ non ꝓbantur. ut etiā in p̄ncipio tibi dixi, Subtrahebat ergo se a ꝯsortio et conu̇sacōe hoīm, Ibat ad synagogam idest eccl'iam. stabat ibi multa in orōe. in loco viliori se ponens. redibat domū. stabat cū mr̄e et aliq̄n suū nutciū iuuabat. ptrāsibat eundo et redeūdo int̄ hoīes ac si non inueniret homines, Mirabātur cuncti cernētes iuuenē nichil facē quantū apparebat laude dignum, Expectabāt enī q̄ mag̃fica facēt et opa ꝓbi viri, Cum enī puer erat ꝓficiebat etate et sapīa corā deo et hoībus. sed ecce crescēs et perueniens ad vicesimū annū et vicesimūquintū et ultra. nulla opa faciebat p̄cedencia spēm aliq̄ꝫ ꝓbitatis et vilitatis, Stupebāt vehement̄ et deridebāt dicētes, Iste est q̄dam inutilis. iste est ydeota et homo de nichilo et stultus et insipiēs. nec etiā l'ras discit, Et int̄ gētes in ꝓuerbiū venit q̄ erat grādis et captiuus. et hunc viuendi moꝝ sic tenebat ꝯmunit̄ et cōtinuabat. q̄ apud omnes cōiter vilis et abiectus ꝛputabatur, Quod bene per ꝓphetam antedictum fuit in ꝑsona eiu⁹, Ego sum v̄mis et non homo obꝓbriū hoīm et abiectio plebis, Vides igit̄ q̄d faciebat. nichil faciendo reddebat se vilē et abiectū oībus ut dixi, Sed an hoc tibi parū videt̄ ipse q̄dem nō indigebat, Sed ego certe in operib⁹ nr̄is. nullū maius reputo nec difficilius cognosco ad altissimū gradum michi ꝑuenisse videtur.

ad difficilimū qui ad hoc pueīt ut ex corde ⁊ aīo vere ⁊ nō ficte ita
se vincit ac dn̄atur aīo suo et supbo supcilio carnis sue· q nō velit
reputari ħ sperni ut abiect⁹ et vil̄, Mai⁹ ē hoc q̄ꝫ vincē vrbes, Iuxta
sententiā salomōis dicētis, Meli⁹ est paciens viro forti· ⁊ q̄ dn̄atur
aīo suo expugnatore vrbiū, Vsqꝫ igit̄ q peruenias ad gradū istuz
nichil tibi videat̄ fecisse, Nam cum in veritate oms simus inutiles
etiā cū bene fecerim⁹ iuxta v̄bum dn̄i, Quousqꝫ in hoc abiectionis
gradu non sum⁹ sed ī vanitate ɔsistim⁹ et ambulam⁹, Quod etiā
apl̄us manifeste ostēdit dicens, Qui se existimat aliq̄d esse cum ni-
chil sit ip̄e se seducit, Si igit̄ queras quare dn̄s ih̄us hunc modū te-
nuit r̄spondeo tibi nō q̄a indigēt sed ut nos instruēt, Vnde si non
discam⁹ inexcusabiles sumus, Abhoīabile ꝑ⁹sus est· si se erigit ver-
miculus ⁊ v̄miū esca futur⁹· vbi sic se humilians abiecit dn̄s maie-
statis, Si aūt absurdū hoc alicui videat̄· et q sit inutile· ⁊ q euā-
geliste multa obmiserunt et silēa dicat· respōderi potest q non erat
inutile tāte v̄tutis exercitiū p̄bere· pmo erat vtilimū et omni v̄tutū
rectū ac stabile fundamentū, Sed ex verbis ipsius dn̄i ī euangelio
iohannis sic habemus, Cum venit paraclit⁹ quē ego mitto vobis
sp̄m veritatis q̄ a p̄re ꝑcedit ille testimoniū phibebit de me· et vos
testimoniū phibebitis q̄a ab inicio mecū estis· scilicet p̄dicationis,
Et petr⁹ ī electione scī mathie dicit, Oportet ergo ex his viris qui
nobiscū ɔgregati sunt ī omni tempore quo intrauit et exiuit inter
nos ih̄s incipiēs a baptismate iohānis, Tunc autē incipiens erat
annorum triginta, Sed nec ip̄e iohānes eius p̄cursor fuisset· si dn̄s
ih̄s prius eo p̄dicasset, Item si p̄us incepisset quō non fuisset notu⁹
in tot ānis a vicinis q̄ dicebāt, Nonne hic est fabri fili⁹ cum postea
in paruo tp̄e dauid filius vocaret̄ et a cecis, Si ergo citius incepis-
set vl̄ aliqua notabilia fecisset scripta eēnt saltē vl̄ aliq̄ ex eis nec sic
ex toto oms euāgeliste tacuissent, Hoc āt q̄d dico videt̄ ip̄e· b̄nhard
sentire ut infra dicet̄, Quōcunqꝫ aūt se hēat vitas· ego sic meditari
piū et valde vtile puto· fabricabat igit̄ dn̄s ih̄s sic faciēdo gladium
humilitatis· vt sibi dictū fuāt per ꝑphetam, Accingē gladio tuo sup
femur tuū potentissime, Nullo quippe detecius gladio q̄ꝫ humilitatis
deiecit supbū adūsariū in ḡnali, Nam gladio potencie sue vl̄ ma-
gnitudis nō legi q fuerit vsus vinci sed potius ecōtrario· ꝑ illo enī

tempore quo eo maxime indiguissꝫ scꝫ tempore passionis. idē ꝓpheta conquestus est ad deū prēm ꝓ filio dicens, Auertisti adiutorium gladij eius ⁊ nō es auxiliat⁹ ei ī bello, Prius cepit facere q̄ꝫ docere, Docturus enim erat, Discite a me quia mitis sum ⁊ hūilis corde. Hoc ergo pmo facere voluit et non ficte ꝫ ex corde. nō enī in eū poterat cadere similacō, Sed pocius intantum fundauit se ⁊ ꝓfūdauit ī hūilitate. vilitate. ⁊ abiectione. ⁊ sic se ī conspectu omniū adnichilauit. ꝙ etiam postq̄ꝫ predicare cepit ⁊ loq̄ altissima ⁊ diuīa et facere etiam miracula ⁊ magnifica opera non reputabāt eum, sed vilipendebant ⁊ deridebant dicentes, Quis est hic, Nonne hic est fabri fili⁹. Et similia, Exinaniuit ergo semetipsum formaꝫ serui sed accipiens. et non cuiuscunqꝫ serui inutilis per abiectam conuersationem, Considera omnes actus eius tam preteritos q̄ꝫ futuros ⁊ semper inuenias quomodo relucet in eis humilitas semper enim hūilitatem seruauit vsqꝫ ad mortem et etiam post mortem, Sicut patet quando in fine discipulorū pedes lauit et crucis patibulū sustinuit. p resurrectionē etiā glosos vocabat discipulos suos fratres, Et vn̄ dixit magnitudineꝫ, Vade dic fratrib⁹ meis. Ascēdo ad patrem meuꝫ, Et paulo, Saule saule q̄d me psequeris, Et ī die iudicij dicet, Quamdiu fecistis vni de fratribus meis minimis michi fecistis, Non sine causa hāc virtutem tantū amauit, Sciebat enim ꝙ sicut inicium omnis peccati supbia. sic humilitas fundamentū omnis boni, Sine hoc fundamēto frustra fit edificiū, Vnde non de vginitate nec de pauptate nec ō aliq̄ virtute vł opere sine hūilitate confidas, Qualit̄ aūt possit acq̄ri ostēdit hic dn̄s. q̄a p sui vilificacōeꝫ ī ocul' suis et alioꝝ ⁊ p exerciciū hūiliū operū, Sic enim dicit. bn̄hard⁹, Qui vult hūilitatē oportꝫ ꝙ p̄cedit hūiliatio. sicut pacia precedit pacē et lectio sciām, Cum te ergo hūiliari videris hēas hoc signū in bono. q̄a argumentū est gracie apropiquātis, Vnde parū est cū per seipm nos hūiliat deus si tunc libent̄ accipit̄. si nō accipit̄ libent̄ qn̄ per aliū hoc facit sapia, Sed redeam⁹ ad intuendū actus et vitam dn̄i ih̄u speculi nr̄i. sicut est pn̄cipale ꝓpositū nr̄m, Considera igit̄ illam familiā sup oēs alias benedictā paruā scꝫ ꝫ valde excellam. paupem vitā ⁊ hūilem ducentē. felix ioseph senex quēbat ꝙ porat de arte lignaminis, Domina vero colo ⁊ acu p̄cio laborabat

faciebat et alia dom9 obseqa que multa sunt, Parabat victū spōso et filio et huiusmodi expediēcia, Non enim habebat seruientē, Cōpatē igitur sibi · quā sic suis manib9 opari et laborare oportz, Cōpatē eciā dño ihu qa ipe eā iuuabat fideliť et laborabat in quib9 poterat, Veit vt ipe dicit mīstrare ƺ nō mīstrari, Nō ego imponēda mensa · cubilib9 aptādis · et aliis secretiorib9 dom9 eā iuuabat, Intuē igiť eū bene humilia obseqa facietez · et eciā dñaz · et adiuua eos familiariť, Conspice quō tres ipi simł ad vnaz mensam ɔmedunt per singulos dies · nō lautas et exqsitas cenas ƺ sobrias sumētes · et postea colloquntur inuicē, Non inania et ociosa verba · ƺ spū sācto et sapia plena · nec min9 mente reficiūtur q̄ȝ corpore et eciā quomō post aliqtem recreacōz ad orationē se ɔdūnt ī cubilib9 suis, Nō enī erat eis dom9 ampla ƺ parca, Meditare eciā tria cubicula ī aliqua camerūcula · scz · vnū ꝓ quolibet eoꝝ, Et intuere dominū ihm super vnū se in orationē sero ɔponere per singulas noctes tam longissimi temporis · sic humiliť · sic viliter · vt qsqȝ alius paupculus ō populo, Sic eciā pseuerāter · et qlibet sero respicias eum in hoc statu, O deus abscondi te qre sic affligebas corp9 illud innocētissimū, Vnius qppe noctis pegrinatio · sufficē debebat ad toci9 mūdi redempcōz, Amor vos ad hoc cōpellebat immēsus vehemēter zelabat ꝓ oue pdita vrīs humeris ad celestia reportāda, Vos rex regū et deus etnus · qui oīm penuriā releuatis et omia submīstratis omib9 habundanť ꝓut exigit cuiusqȝ conditio, Vob tantā paupertatē · vilitatē · asperitatem · afflictionē · et laborē · vigilando · dormiendo · abstinēdo · ɔmedendo · et aliis vestris oiodis actib9 p tam longa tēporis spacia reseruastis, Vbi sunt ergo querētes ocia corporis curiosa et ornamēta et vana, Non didicim9 ī scolis huius magistri qa talia volum9, Sed nūqd eo sapiētiores sumus · ipe nos docuit verbo et exemplo humilitatem pauptatē afflictionē corpis et laborem, Sequamr ergo talē mgrm q fallē nō vult nec falli potest, Et habētes victū et vestitū scdm aplm his ɔtēti sim9 ad congruentē necessitatē · nō ad superhabundāciaz · aliis eciam virtutum exerciciis studiose insistentes,

¶ De itinere domini ihu ad baptismum,

Completis igiť vigitinouē annis etatis sue · qb9 vt dictū est sic preciose vixerat et abiecte · dñs ihus ait matri, Tempus est

ut vadam et glorificem et manifestem prēz meū celestē et ostendam me mundo isti, et operer animarū salutez ꝓ q̄ pater me misit huc, Conforteris ergo mat̄ carissima q̄a cito redibo ad te, Et genuflectēs humilitatis magister peciit benedic̄cōnē, Ipa vero genuflectens filiū cū lacrimis eū amplexans tenerrime dixit. Fili mi benedicte, Vade cum benedictione p̄ris tui et mea, esto memor mei citoq̄ꝫ redire memento Sic igit̄ reuerenter se licencians ab ea et nutricio suo ioseph iter arripuit a nazaret v̄sus irl'm ad iordanem. ubi erat iohannes baptisans, qui locus distat a irl'm p septuagintaquatuor miliaria, Vadit enī solus domin9 mūdi. nondum autē habebat discipulos, Intuere igit̄ eū pro deo, q̄modo vadit solus pedib9 nudis. per tam longa itinera, et vehement̄ ꝯpatere eidem, Quid ē enī hoc cogitare O domine quo vadis? Nōne vos estis sup omnes reges terre? Vbi ergo sūt barones et comites duces et milites equi et cameli elephātes et currus saliue et frequencia comitiue? Vbi ē turbaꝝ clangor et instrumētoꝝ sonit9 et vexilla regalia? Vbi q̄ precedant ad hospicia et necessaria p̄parāda? Nōne vt dicit̄ pleni sūt celi et t̄ra maiestatis gl'e v̄re, q̄mō ergo sic itis inglorii? Nōne uos estis cui ministrabāt miliamiliū ī r̄gno v̄ro, Cur ergo sic sol9 incediitis et pedib9 nudis Sed mō operi causaz, q̄a regnū v̄rm nō ē de hoc mūdo, Ideo exinanistis vosip̄m formaz serui accipiēs. nō regis, Fact9 estis sicut vnus ex nob̄ pegrin9 et aduena sicut oīs patres nr̄i, Fact9 estis seru9 ut nos fiam9 reges, Venistis vt nos ad regnuz p̄ducatis, viā ponēdo an̄ ocl'os nostros p quā illuc valeam9 ascendere, Sed q̄re ipam negligimus, q̄re nō sequimur. q̄a certe regnū nr̄m ē ex hoc mūdo, nec ꝯsideramus nos esse pegrinos, Sed vana ꝓ veris, caduca ꝓ certis. temporalia ꝓ et̄nis acceptam9 et amplectim̄, Sed si nō illa seq̄rem̄ nō retardarem̄ post vos currere ī odorem vngentoꝝ v̄rorū, Si enim sine sarcina tēporaliū ī ista transitoria vita essemus, q̄si iaz trāsacta reputando leuit̄ sperneremus, Vadit ergo dn̄s ih̄s. sic humilit̄ continuatis dietis q̄lscq̄ꝫ p̄ueniat ad iordanē, elemosinā petendo p uiā ob pauptatis amorē, Non enī portabat pecuniā, Perueniēs igit̄ ad iordanē inuenit iohannē baptizantē peccatores. et turbā magnam que illuc accurrerat ad p̄dicationē eius. habebant enī eum q̄si xp̄m, Dicit ergo ei dn̄s ih̄us, Rogo te ut me cū ip̄is baptizes, Iohannes

vero intuens eũ et spiritu ꝯgnoscẽs timuit, et reuerenter dixit, Dñe
ego a te debeo baptizari, Cui dñs. sine modo, sic decet implere omẽz
iusticiã, Non dicas hoc mõ ne me diuulges, q̃a nondũ venit tẽpus
meũ ȝ me baptiza, Nũc enĩ ẽ temp9 humilitatis nõ maiestatis, Idõ
implere volo omẽm humilitatez, q̃ tres habet g̃dus scdm glosã. sup
isto loco, Primus ẽ subdere se maiori et non p̃ferre se eq̃li, Secund9
subdere equali et non p̃ferre se minori, Tercius ẽ sũmus, subdere se
minori, Et hũc g̃dum tenuit xp̃s hic, Ideo omẽz humilitatẽ imple=
uit, Vides quomõ augmentata ẽ eius humilitas a p̃cedenti tracta
tu, Subicit enĩ se hic seruo suo, hic se vilificat et seruum iustificat et
magnificat, Sed et ĩ alio cõsidera q̊mõ augmentata est eius humi=
litas, Nam vsq3 mõ cõuersat9 est humilit̃ q̃si humilis ⁊ abiect9. hic
aũt etiaȝ peccator voluit apparere, Peccatoribꝫ enĩ iohannes p̄dica=
bat penitenciã ⁊ eos baptizabat, Et dñs ih̃s coram eis et inter eos
voluit baptizari, Et licet idez dici posset de circũcisione. q̃a ibi volu=
it apparere peccator, tamen hic plus ẽ. quia corã turba publice. ibi
occulte, Sed nõne hic timendũ fuerat cũ ip̃e ammodo vellet intẽde=
re ad p̄dicandũ ne sperneretur vt peccator, Sed nõ ꝓpterea dimisit
humilitatis mag̃r quin profundissime se humiliaret, Voluit ergo
apparere peccator ĩ abiectionem et despectũ sui. ꝓpter nos instruen=
dos, Econtrario nos volum9 apparere ꝙ nõ sum9. ĩ laudez ⁊ gl̃am
nostrã, Si q̇d enĩ in nob̃ ꝓbitatis videt̃ esse ostendim9, defect9 vero
celamus, cũ simus peccatores et mali. talis ergo ẽ humilitas nostra
sed iam ad baptismum dñi redeamus, Postq̃ ergo iohannes vidit
voluntatez dñi, obediuit et baptizauit eũ, Nũc ergo intuere ipsum
bene, Spoliat enĩ se dñs maiestatis sicut q̇libꝫ alius homũculus, et
mergitur ĩ aquis frigidis tempore magni frigoris ꝓ nostro amore,
Operatur nostrã salutẽ ꝯstituẽs sacramentũ baptismatis et lauans
nostra crimina, Desponsat sibi vniũsalez ecclesiaȝ ⁊ singularit̃ om̃s
animas fideles, Nam in fide baptismi anime desponsant̃ xp̃o. sicut
oseas ꝓpheta dicit ĩ p̃sona dñi, Desponsabo te michi ĩ fide Et eccl̃ia
cantat hodie celesti sponso iũcta ẽ ecclesia quoniam ĩ iordane lauit
xp̃s nostra crimina, Vnde in hoc ope mirabili tota trinitas se ma=
nifestat. q̃a spussanctus descendit et req̇euit sup eũ ĩ specie columbe,
Et vox p̃ris insonuit, Hic ẽ fili9 meus dilect9 ĩ quo michi ꝯplacui,

erant missi angeli, Quid ergo circa hec meditabimur, In mõte nãq3
illo no erat habitatio hominum et cibi parati, Sed an alibi parata
cibaria portauerunt ei angeli sicut otigit danieli, Cum enĩ abacuk
pphta parasset pulmentũ messoribꝫ suis, portauit eũ angelus per
capillos de iudea ĩ babilonem ad danielem ut cõmederet, et postea
ĩ momẽto reportauit, Ammonemur ergo hic vt hũc modũ assuma=
mus et iocundemur cum dño in hoc prandio suo, Senciatq3 mater
sua excellentissima de hac eadem iocunditate et victoria, pie autẽ et
deuote sic meditemur, Veniũt angeli sathana ĩpulso ĩ multitudine
magna ad dñm ihm, et adorantes eum pcidentes in terram dicen=
tes, Saluete domine ihu deus nr̃ et dominus noster, Et dominus
benigne et humiliter respicit eos, Et etiam cũ capitis inclinatione
recepit, cogitans se fore hominẽ minoratũ paulominꝰ ab angelis,
Dicũt ei angeli domine multũ ieiunastis qd vultis ut vobis pare=
mus, Et ille, Ite ad matrẽ carissimã et siqd habet ad manꝰ deferte
quia de nullis cibis sic libenter vescor sicut de suis, Tũc duo ex ipsis
pergentes et in momento fuerunt corã ea, et eã reuerenter salutãtes
faciũt ambasiatam, et modicũ pulmentũ qd sibi et ioseph paraue=
rat et panem cũ tebalia idest mappa et aliis oportunis portant, Et
forte domina aliquos pisciculos si potuit pcurauit, Reũsi ergo pa=
rant ĩ plana terra, et mense benedictionẽ solenniter pagũt, Cõspice
aũt hic eum bene ĩ singulis que agit, Sedet enĩ in terra cõposite et
curialiter et sobrie comedit, et circũstant angeli ministrantes domĩo
suo, Alius seruit ei de pane, alius de vino, alius parat pisciculos, et
alii cantant de canticis syon et iocundant et diẽ festũ agũt corã eo
dominice oliuarum, Istis quatuor virtutibus, Prudẽcia fortitudine tẽpancia et iustitia vsus est dñs ad nr̃am instructiõẽ, Rediit aũt dñs ih̃s ante diẽ sabbati palmarum bethaniam. q̃ est ppe irl'm quasi ad duo miliaria et ibi fecerũt cenã i domo symõis leprosi, Sed et ibi fuerũt lazarus martha et maria. quia erant forte cõsanguinei vel multum domestici eiusdem symonis, Tunc maria fudit sup caput ei9 libram vngẽti pciosi et de eo vnxit ei caput et pedes. et qd alia vice fertur in eadem ex contricõe. nunc fecit ex deuocõe, Diligebat enĩ eũ sup oĩa. et de obsequendo eidẽ nõ poterat saciari, Sed de hoc murmurat pditor iudas. p qua dñs respondit eã solito more defendit. Nichilominus tamen pditor mansit indignat9. et inde pditiõis occasiõnẽ assumpsit. et die mercurii sequenti dñm ih̃m p trigĩta argenteis vẽdidit. Conspice igit' eũ cenantẽ cũ illis amicis suis et cõuersantem cum eis illis paucis dieb9. scz usq3 ad passionẽ suã. sed i domo lazari, Dom9 namq3 ipius et sororũ eius erat suũ refugium tẽpale. ibi comedebat de die et dormiebat denocte cum discipulis suis, Ibi mr̃ eius dña nostra cum sororib9 suis q̃escebat, Multum enĩ honorabãt oĩs et maxime magdalena semp sociando eã. nec ab ea nullaten9 discedebat, Conspice bene ipam. quia stat timore pterrita de dilectissimo filio suo. nec ab eo illo tẽpe se diuidebat, Et cũ defendẽt dñs a murmure magdalenã dicens, Mittẽs hoc vngentũ in corpus meũ ad sepeliendũ me fecit. An nõ credis q huius vbi gladius mr̃is aĩam pertransiret Quid enim de morte sua poterat expssius dicẽ, Similit' et alii oĩs stabãt perterriti et anxiis cogitacõibus pleni. colloquẽtes adinuicem vnus cum altero hincinde. materiã illorum qui hñt dura et adũsa tractare. Et maxime timebãt qñ ibat i irl'm qd faciebat q̃libet die, Multa enĩ ab ista die sabbati usq3 ad diẽ cene locutus est iudeis et operatus est palam i irl'm. de q̃bus nõ intendo referre. nisi de aduẽtu sup asello. ne meditatio ipius passiõis impediat', Sumus enim i ianuis passiõis, Vnde totũ tuũ recollige spm ne ad alia sis distract9. ut tam ad hec misteria q̃ precedũt q̃ ad ipam passionẽ mẽte vaca. et cura etiam puigili possis intendẽ et interĩ libent' cõuerseris i bethaĩa cũ pdictis

De aduentu dñi ih̃u super asello. mathei. xxj°. Et. marci x°.

Frequentabantur misteria. implebant' scripture p dñm ih̃m. appropinquante tẽpe quo zelabat remedium mundo conferre

per xp̄i corporis passionez, Igitur die sequenti sūmo mane · parauit
se ad eundū in irl'm nouo ꝛ assueto modo · ʒ sicut fuerat ꝓphetatum.
Cumq; ꝓgere uellet mr̄ pro affectu retrahebat eū dicēs. Fili mi quo
vis ire · tu scis ꝯspiracōem ꝯtra te factā · quō vadis int̄ eos, Rogo te
vt non vadas, Similit̄ et discipulis & aliis videbat̄ intollerabile ꝙ
ibat ꝛ vt poterāt retrahebāt eū, Dicebat magdalena · magister non
eatis ꝑ deo · vos scitis ꝙ desiderāt mortē vr̄am, Si vos itis ī manib᷒
eoꝝ hodie vos capiēt ꝛ habebūt intencōez suā, O deus quō diligebat
eum et quō erat cū eis amaꝝ quicq̄d leserat ip̄m, Ip̄e vero alit̄ dispo:
nebat · q̇ vniuersoꝝ salutez sitiebat, Et respōdit eis, Volūtas patris
mei est ꝙ ego uadā, Non timeatis · quia ip̄e defendet vos & hoc sero
huc illesi redibimꝰ, Cepit igit̄ ire & illa parua ꝯmitiā ʒ fidel' · secu:
ta est eū, Cum aūt veīt betphage scʒ viculū quēdaʒ ī medio itineris ·
misit duos discipulos ī irl'm vt adducēnt asinā et pullū eiꝰ aligatos
in loco publico · ad ministeriū paupum deputatos, Quo facto dn̄s
ih̄s sup asinam p̄mo ꝛ parū post sup pullū hūiliter ascendit · super
quos discipuli vestimēta sua posuerāt · & sic eq̄tabat dn̄s mundi. Et
q̄uis iustissimū foret eū honorari · honoris tamen tp̄e talib᷒ de ꝯtra:
riis et faletis vsus fuit, Conspice nunc ip̄m bene ꝛ vide ip̄m quō in
hoc suo honore vitupauit honorabilem pompā mundi, Non enim
fuerunt hec frenis & sellis deauratis et faletis delicatis ornata more
pulcro mundiali · ʒ vilib᷒ pannis & duobus funiculis · cū esset rex
regum & dn̄s dn̄ancium, Turbe aūt cū hec sciuerūt exierūt obuiaʒ
ei ꝛ vt regē cū ẏmnis et canticis · cū vestiū proiectione suoꝝ arboꝝ ꝛ
ramoꝝ fraccōe · ac leticia magna susceperunt, Dn̄s ih̄s cū illa leticia
immiscuit fletū, Nam cū fuit ꝓpe irl'm fleuit sup illā dicens, Quia
si cognouisses & tu · scʒ fleres. Et debemꝰ scire ꝙ trib᷒ vicib᷒ legimus
dn̄m fleuisse · vna de morte lazari scʒ humanaʒ miseriaʒ · alia hic · scʒ
humanam cecitatē & ignoranciā. Et enī fleuit hic · ꝙ nō cognouit
tempus visitatiōis sue, Tertia vice fleuit ī passione sua · scʒ hūanaʒ
culpam ꝛ maliciam · quia videbat ꝙ passio sua suffitiebat · sed non
omnibus ꝓficiebat · quia nō reprob' ac duris corde et impenitentib᷒.
De hac lacrimacōe dicit̄ hebreis, Cum clamore valido ꝛ lacrimis ex:
auditus est ꝓ sua reuerencia, De his trib᷒ vicib᷒ habetur ī textu · sed
et al's tenet ecclesia ꝙ fleuit infantulus, Vnde cantat, Vagit infans

inter arta posit9 presepia, Quod fecit ut misterium incarnationis dyabolo celaret siue occultaret, Conspice ergo nūc bene ipm flentem nam et flere debes cū eo, Flet enī largit et fortiter. quia non similate sz vere dolebat de ipis, Unde corde amaro flebat eoꝝ periclm etnale. Predixit etiā ipoꝝ esse excidium tpale, Conspice etiaz discipulos qui diligenter vadunt semp iuxta euz. cū timore et reuerencia, Ipi sunt barones et comites siue domicelli et adextratores, Conspice etiā mrez cum magdalena et aliis feiabus sequentib9 attente cū eo, Nec credē debes ꝙ ipo flente potuerit mr et alii sui discipuli lacmas continere. Intrauit ergo dn̄s ih̄s cū isto triūpho et honore turbatū in ciuitatē. de quo ciuitas fuit tota comota, Venit aūt ad templum et eiecit vendentes et ementes. et hec fuit scda eiectio. et stetit dn̄s ih̄s publice in templo predicans ppl'o et respōdens pn̄cipibus et phariseis usqz q̄si sero, Et sic licet sic honorat9 fuisset ab illis. non inuent9 est aliquis qui etiā inuitaret ad bibendū, Tota igit die ipse et sui ieiunauerūt et sero cum eis bethaniaz rediit, Conspice igit nunc bene ipm. quia valde humilit vadit per ciuitatem cum illis paucis qui sic honorifice venerat mane, Ex quo potes cōsiderare ꝙ parum est curandum de honore mundano. q̄z sic termiatur ī breui, Potest etiam cōsiderare quomodo magdalena et alij gaudebāt quando honorabatur a turbis. et multomagis cum bethaniam redierunt illesi.

Quomodo dominus ih̄us mortem suam predixit matri sue.

Hic potest intponi meditacō valde pulcra. de q̄ tamen scriptura non loquit, Cenante nāqz dn̄o ih̄u die mercurij cū discipulis eius ī domo marie et marthe et matre eius cuz mulieribus, In alia parte. magdalena ministrans rogabat dn̄m dicens, Magister sitis memor ꝙ vos facietis pasca hic nobiscū. rogo uos ut non denegetis hoc michi, Quo nullaten9 aqescente sed dicēte ꝙ ī irl'm facēt pasca. Illa recedens inde cū fletu et lacrimis vadit ad dn̄am. et his ei narratis rogat vt eū ipsa ī pasca teneat, Cena igit facta vadit dn̄s ih̄s ad matrem et sedit cū ea seorsum colloquens cum ea. et copiaz ei sue presencie p̄bens. quam ī breui subtractur9 erat ab ea, Conspice nūc bene eos pariter sedentes. et quō dn̄a eum reuerenter suspicit et cum eo affectuose morat et similiter quomō dominus se reuerenter habet ad ipsam, Ipis ergo sic colloquentibus. magdalena vadit ad eos et

ad pedes eorum sedens dicit, Domina ego inuitabam magistruz vt hic faceret pasca nobiscum, Ipse vero videt̃ ire velle in ierusalem ad pascandum ut capiatur ibi. rogo vos ut non permittatis eum ire. Ad quem mater fili mi rogo ut nõ sic fiat. ꝫ facias hic pasca, Scitis enim ꝙ insidie ad te capiendũ parate sũt et ordinate. Et dominus ad eandem, Mater carissima voluntas patris est ut ibi faciã pasca. quia redemptionis aduenit, Modo implebuntur omnia que de me scripta sunt. et facient ĩ me quicquit volũt, At ille cũ ingenti dolore audierũt. quia bene intellexerũt ꝙ de morte sua dicebat. Dixit ergo mater vix valens verba formata proferre, Fili mi tota concussa sum ad vocem istam et cor meũ dereliquit me. ꝓuideat pater quia nescio quid dicam. nolo sibi contradicere. sed si sibi placeret rogo eum ut differat ad presens et faciem⁹ hic pasca cum istis amicis nostris, Si vero sibi placebit poterit videre d̃ alio modo redempcõis sine morte tua. quia omnia possibilia sunt ei. O si videres int̃ hec verba dñam plorantem. moleste tamen ac plane. ac magdalenam tanꝗ̃ ebriam de magistro suo largiter et magnis singultibus flentem. Forte nec tu posses lacrimas continere, Considera in quo statu esse poterant. qñ hec tractabantur, Dicit ergo domin⁹ blande consolans eas, Nolite flere. scitis ꝙ obedienciam patris me oportet implere, Sed procerto confidite. quia cito reuertar ad vos et tertia die reuertar incolumis. In monte ergo syon secundum voluntatem patris faciam pasca. Dicit autem magdalena. exquo non possumus hic euz tenere. sim⁹ et nos in domo nostra in ierusalem sed credo ꝙ nunꝗ̃ habui pasca sic amarum, Acquieuit dñs ꝙ et ipsa in dicta domo faceret pasca.

De cena domini. mathei. vicesimosexto, Et. marci. decimoquarto, Et. luce. vicesimosecundo, Et. iohannis. tredecimo.

Aduenientꝫ iam tempore et imminente miserationum et misericordiarum domini. quo disposuerat saluam facere plebẽ suam et eam redimere nõ auro vel argento sed precioso sanguine suo. Voluit cenam notabilem facere cũ discipulis suis anteꝗ̃ ab eis discederet. insignũ memoriale recordacõnis et etiã vt impleret misteria que restabant, Fuit autẽ hec cena magnifica. et magnifica sunt que ibi fecit dominus ihs, Ad que intuenda te cum attentione summa pñtem exhibe. quia si hoc digne et vigilanter feceris. non patietur

curialis dominus te redire ieiunium, Circa ea que ĩ cena illa facta fuerunt· quatuor per ordinem meditanda occurrunt, Scilicet ipsa corporalis cenatio, Pedum discipulorũ per dominum ihm christum ablutio, Sacramenti sui corporis sacratissimi institutio· per ipsum pulcerrimi sermonis compositio, De quibus per ordinẽ videamus. Circa primum attende· ꝙ petrus et iohannes iuerũt iussu domini ihu ad quendam amicum suum in montem syon vbi erat cenaculum magnum stratum ad prandendum pasca, Sed etiam dominus ihus cum aliis discipulis die iouis aduesperascente iam die ciuitatem intrauit et ad ipsum locum iuit. Aspice igitur nunc ipm stantem in aliqua parte domus et colloquentẽ cum discipulis salubria. Et interim ĩ cenaculo parabatur pro eis p aliquos ex septuaginta discipulis. Legi namq̃ in legenda beati marcialis· ꝙ ipse cum aliquibus ex septuaginta fuit ipo sero ad ministrandum domino ihu et duodecim recũbentibus. Sed etiã aquam portauit ipse domino ihu· quando lauabat pedes discipulorum, Cum autem omnia in cenaculo essent parata, Dilectissimus iohannes predictus qui sollicite ibat et redibat ad videndum et iuuandum in preparatione prefata, Venit ad dominum ihesum dicens, Domine vos potestis cenare quando placet uobis· quia omnia parata sunt, Conspice nunc bene morose cuncta que dicuntur et fiunt· quia viscerosa sunt valde nec abbreuianda sunt sed dilatanda sicut cetera facta domini ihu. In hoc enim est maxima vis omniuz meditationum de ipso· sed hic magis propter excessiua amoris insignia que in hac cena fuerunt. Surgit igitur dominus ihesus et discipuli eius cum eo, Iohannes vero eius lateri se iungens· ab eo se deinceps nõ separat, Nullus enĩ sic fideliter ac familiariter adhesit eidem vt iohannes, Nam cum captus fuit secutus est eum in atrium principis sacerdotum· nec ĩ crucifixione· nec in morte· nec post mortem dimisit eum quousq̃ fuit sepultus, In hac autem cena iuxta eum sedit licet iunior esset aliis. Intrant ergo cenaculum omnes lauant manus et circumstantes benedicunt mensam, Aspice bene p singula, Scire aũt debes ꝙ ipa mensa erat in terra· et more antiquorũ sederunt in terra ad cenam.

Erat autē ut credit᷑ quadra de pluribꝫ tamē tabulis · quā ego vidi rome in eccl'ia lateranensi ⁊ eam mēsuraui · Est autem ī vno q̄dro duoꝝ brachioꝝ ⁊ triū digitoꝝ · & ī alio quadro duorū brachiorū ⁊ palmi vl' cca · ita ꝙ omēs ī vno cathino comedē poterant · ⁊ ꝓptea nō intellexerūt eū discipl'i quādo dixit, Qui intingit mecū manū in cathino hic me tradet · q̄a omēs intingebāt, Benedictōne igitur facta ꝑ dexterā dei · sedēt cca mēsam · iohāne sedente iuxta dominū ih'm · Tunc defertur ei agnus paschalis, Sed attende ꝙ dupliciter potest hic meditari, Vno mō ut sedeant vt tibi dixi, Alio mō vt stēt recti cū baculis ī manibꝫ comedentes agnū cū lactucis agrestibꝫ ⁊ alia obseruātes q̄ in lege mandabant᷑ · dūmodo postea sedeant ad aliq̄d aliud comedendū vt ex pluribꝫ locis colligit᷑, Nam nec iohā-nes sup̄ pectus dn̄i recūbere nisi sedendo potuisset, Delato igitur agno pascali asso, Accipit eū ver⁹ ⁊ immaclat⁹ agnus sc3 domin⁹ ih's · q̄ erat in medio illoꝝ tanq̄ꝫ ille q̄ mīstrat, Scidit eū ī frustra · discipulis alacriter porrigit & ad comedendū cōfortat, Ipi vero comedebāt sed alacritatē non capiebāt · sꝫ pauidi ne nouitas ↄtra ipsū dn̄m fiet, Cenātibꝫ aūt eis patefecit factum ap̄t⁹ & int᷑ alia dixit, Desiderio desideraui hoc pascha mādu care vobiscū anteq̄ꝫ paciar, Vn⁹ autē vestꝝ me traditur⁹ ē Hec aūt vox ī corda ipsorum tanq̄ꝫ gladius intrauit ⁊ comedere cessauerūt inspiciētes seipsos ⁊ dicentes, Nūq̄d ego sum rabbi, Aspice nūc ipos bene & cōpatere tā dn̄o ih'u q̄ꝫ ipis · q̄a ī magno dolore positi sūt, Ille aūt ꝓditor ne viderētur hec verba ꝑtinere ad ipm comedere nō cessauit · Iohannes vero ad instanciā petri ↄsuluit & dixit, Dn̄e q̄s est q̄ tradet te, Et dn̄s tanq̄ꝫ singularis dilecto familiarit᷑ ei apparuit, Iohannes vero stupefactus & cordialiter gladiat⁹ versus eū se inclinauit ⁊ sup̄ pectus ei⁹ recubuit, Petro aūt dn̄s nō dixit · q̄a ibi dicit augustin⁹, Si ipe sciuisset illū ꝓditorē dentibꝫ discerpisset · sed ꝑ petꝝ figurant᷑ actiui ꝑ iohannē cōtemplatiui, Vt augustinus dicit ī omelia q̄ legit᷑ ī festo beati iohannis, Vnde habes hic argumētum ⁊ figurā · ꝙ contemplatiu⁹ nō intromittit se de actib⁹ extrinsecis, De ipis etiā offensis dei vindictā nō expetit · sed inde interi⁹ gemit ⁊ ꝑ orōnem se ad deū conuertit & forcius ei ꝑ ↄtēplacōem approximās eiq̄ꝫ adherēs omīa sue dispositioni ↄmittit & de tempore vacationis hoc intellige · cum

habet copiaȝ sponsi, Nam aliqñ idem ipe cōtemplatiuus et zelo dei & animarū exteri⁹ exit ad ꝓximū vt dicūt sancti, hoc etiam habes ꝙ nec ipe iohannes dixit petro quis ad ei⁹ nutum q̄sisset, Ex quo potes colligere ꝙ cōtemplatiuus secretuȝ domini reuelare nō debet Vnde legitur de sancto francisco ꝙ reuelacōnes occultas nō diuulgabat exteri⁹ nisi quantum fraterne salutis zel⁹ vrgebat vel supne reuelacōnis instinctus, Conspice igit̄ nunc domini benignitatem quomodo suum dilectuȝ supra pectus suum retinet, O q̄ tenerrime se adinuicē diligebāt, Conspice etiā alios discipulos ml'tuȝ mestos ad hanc domini vocem nō cōmedentes ȝ adinuicem aspicientes & super his consiliuȝ capere nescientes et hec de primo capitulo dicta sufficiant, Circa secundum vero diligent̄ attende, His nanqȝ sic se habentib⁹ surgit dn̄s ih̄s a cena surgūt statiȝ et discipl'i ignorātes q̄ ire velit, Ipe nanqȝ descēdit ī alium locū cum eis ī eadem domo, Vt dicunt qui locū viderūt et ibi omēs sedere facit aquā sibi iubet afferi pōit vestimēta lintheo se precingit & aquā mittit ī peluim lapideaȝ vt lauet pedes ipoꝝ, Recusat petr⁹ ꝛ tot⁹ stupefact⁹ rē sic suo iudicio indecentem recusat siue declinat, Sed audita xp̄i cōminacōe sapient̄ ꝯsilium mutat in meli⁹, Consiđa nūc tu bn̄ singl'os act⁹ ꝛ cū admiracōe cōspice q̄ gerunt̄, Inclinat se summa maiestas ꝛ hūilitatis mḡr vsqȝ ad pedes piscatoꝝ, Stat incuruat⁹ & genub⁹ flexis corā ipis sedētib⁹ lauit ꝓpriis māibus ꝛ abstergit ꝛ deosclat̄ omniū pedes sed et illud supexaltat hūilitateȝ quod & ipi ꝓditori eadē obseqa p̄bet, O q̄ admiranda ē tāta benignitatis ꝛ hūilitatis ꝓfūditas, Hoc aūt cōpleto misterio redit ad locū cene, Et iteꝝ recūbens eos ad suum imitandum exemplū confortat, Potes auteȝ hic meditari ꝙ dn̄s ih̄s exemplū dedit nobis isto sero qn̄qȝ magnarū virtutum, Primo hūilitatis vt dictum est lauando, Scđo caritatis ī sacmento sui corpis & ī sermone q̄ ē mōitis caitatis plen⁹, Tercō paciē ī sustinēdo ꝓditorē suum & obꝓbria multa qn̄ fuit captus et ductus vt latro, Quarto obediēcie eundo ad passionem et mortem ex obedīa pr̄is, Qn̄to orōnis orādo trib⁹ vicib⁹ ī orto, In his ergo v̄tutib⁹ eū imitari coneꝛ, Et hec de scđo articulo, Circa tercū vero meditādo obstupesce illā dignatissimaȝ caitatē qua se nobis tradidit & semetipm reliq̄t ī cibū, Cum ergo lotis discipl'oꝝ pedib⁹ iterū

recubuisset. volens finez dare legalibꝫ sacrificiis et nouum incipere testamentū. seipm verū sacrificiū facit et accipiens panē et eleuans oculos ad patrem cōfecit sui corporis altissimū sacramentū. et dans discipulis dixit, Hoc ē corpus meū qḋ ꝓ vobꝭ tradet, Siliter et calicē dicens, Hic ē sanguis meus q̄ pro vobis effundet. Aspice nūc bene ꝓ deo q̄modo diligent et deuote facit ꝓdicta et manibꝰ ꝓpriis cōmūicat illā benedictā et dilectam familiam suam et tandem in amoris r̄cordationem subiūxit Hoc facite ī meā cōmemoratione. hoc ē illud memoriale qḋ animaz grātam facit cū suscipiat digne manducando, Vel etiā fideliter meditando et totā deberet ignire et inebriare et in ipm dn̄m ihm ꝑ amoris vehementia et deuotionis totalit̄ transformare, Nichil maiꝰ carius dulcius vel utiliꝰ nobis relinq̄re potuit q̄ seipm, Ipe nāq ē qḋ in sacramēto altaris hodie sumimꝰ, Ille idez est q̄ de v̄gine mirabiliter incarnatus et natus pro nobis mortem sustinuit. q̄ surgens gl'ose et ascendens v̄tuose sedet a dextris dei Ipe qui creauit celū et terraz et omīa q̄ in eis sūt. qui potest nobis dare vitā et mortē paradisū et infernū, Et hoc de tercio, Circa q̄rtū vero ad omnez cumulum supeffluētem attende alia dilectionis insignia, Fecit enī eis s̄mōez pulcherrimū plenū carbonibꝫ ignitis dilc̄tonis Cōmunicatis nāq discipulis et pessimo iuda. licet scd̄m aliquos ī cōmunione non fuerit, Dicit dn̄s ipsi iude. qḋ facis fac cito, Iudas autē infelix iuit ad p̄ncipes sacerdotū q̄bus eū die mercurii p̄cedēti vendiderat. xxx. argenteis, Et peciit ab eis cohortē ad ipm capiendū Interim vero dominꝰ ih̄s fecit discipulis dictū sermonem. ex cuius hortatu vtili et veneranda magnitudine q̄nq p̄ncipalit̄ meditāda assume Primo q̄lit̄ p̄dicēs eis discessū suū cōfortās eos. dicebat nāq Adhuc modicū sum vobiscū. sed non relinq̄ vos orphanos, Vado et venio ad vos, Iterū autē videbo vos et gaudebit cor v̄rm, Hec et siīlia q̄ succincte ꝑtranseo dicebat eis. q̄ corda ipoꝝ totalit̄ penetrabāt Nō enī de suo discessu poterāt aliq̄d pacifice tollerare, Secūdo circa sermonē mediteris. q̄liter cordialit̄ et instant̄ instruxit eos de caritate dicēs pluribꝫ vicibꝫ, Hoc ē mandatuz meū vt diligatis inuicem sicut dilexi vos et ī hoc cōgnoscēt oīs q̄ mei estis discipl'i. si dileāōz habueritis adinuicē, Et alia huiusmodi q̄ in textu poteris reperire, Tercio circa s̄monez mediteris q̄modo monuit eos ad obseruāciaz

mandatoꝝ suoꝝ, Si diligitis me mandata mea ſuate, Et si ꝑcepta
mea seruaueritis manebitis ī dilectione mea, Et alia huiusmodi,
Quarto circa sermonem mediteris q̄modo dat eis ɔfidēciam circa
tribulationes q̄s eis ꝑdixit esse futuras hoc mō, In mūdo ꝑssuram
habebitis, In me aūt pacē. sed ɔfidite q̄a ego vici mūdum, Et iteꝝ
Si mund⁹ vos odit, scitote q̄a me priorē vob̄ odio habuit, Mūdus
aūt gaudebit vos vero ɔtristabimini, sed tristitia vestra vertetur in
gaudiū, Et similia, Quinto q̄modo sue q̄lr̄ ipe domin⁹ ih̄s aspi-
ciens ī celū se ɔūtit ad patrē dicēs, Pater serua eos q̄s dedisti michi
Cū essem cū eis ego seruabam eos nūc ad te venio, Pater sancte ego
pro eis rogo nō ꝓ mūdo. et nō ꝓ eis tantū ſ ꝓ omib⁹ qui credituri
sūt ī me per eos, Pater quos dedisti michi. volo ut vbi ego sū et illi
sint mecū, Vt videāt claritatē meā, et alia huiusmodi q̄ vere erāt
corda scindencia, Mirum certe q̄modo discipuli q̄ tā vehemen̄t dn̄m
amabāt. hec ūba sustinere potuerūt, Si ergo q̄ in hoc ſmone dicta
sūt attente discusseris, et ruminādo meditaberis diligen̄t, in eorum
dulcedine reqēsces meritoq; inardescere poteris ī tantā dignationē.
benignitatē. ꝓuidenciā. diligenciam. et caritatē. & etiā alia ꝑ eum
hoc sero gesta, Conspice igit̄ eū dū loquitur q̄modo efficacit̄ deuote
delectabilit̄ loquens imprimit discipulis suis q̄ narrat et pascaris ī
amenitate aspect⁹ eius atq; uerboꝝ, Conspice etiā discipl'os q̄modo
stant mesti capitib⁹ inclinatis lacrimātes et suspiria dātes, sūt eni;
pleni tristicia usq; ad sūmum, Et de hoc ipa veritas exhibet testimo-
nium dicens, Quia hoc dixi vobis tristicia impleuit cor uestrum,
Inter alios aūt ɔspice iohannē eidem familiarit̄ coherentem. q̄liter
diligenter & attēte aspicit hūc dilectū suū omīa ei⁹ ūba recolligit,
Ipe enī solūmodo ea describēs tradidit nobis, Inter alia q̄ꝫ dicit eis
dominus ih̄s, Surgite eam⁹ hinc, O q̄nt⁹ pauor tūc ī eos intrauit
nesciētes q̄liter vel quo ire deberēt et de ipius ſeparatione plurimum
formidātes, Nichilomin⁹ etiā postea locutus ē eis ɔplendo ſmonē
vel ī aliquo loco uel eundo ꝑ viam. quoniā q̄ magis potest magis
ei appropinq̄t, Congregati pergentes sicut moris est pullorū ꝑgere
post gallinā. impellēdo eū iā vn⁹ mō ali⁹. et desiderio approximādi
et audiendi uerba ipius, Ipe vero libēter sustinebat ab eis, Tandē
cūctis cōpletis misteriis vadit cū eis in ortum transtorrētem cedron

et ibi suum proditorem et armatos expectat, Que autem sequntu
ad passionem spectant ideo tibi eadem reseruamus,

De passione domi ihu, Mathei. xxvi°. et. xxvii°. Marci. xiiii°. et. xv
Luce. xxii°. et. xxiii°. Johannis. xviii°. et. xviiii°.

Occurrit nūc ut de passione dñi tractem⁹. sedula meditatione i
ipa debet psistere, Naz perscrutāti eaz multa possunt occurrē
inspirāti. q̄ sibi presagia et pn̄cipia glie vidēnt, Te igit̄ hortor vt si
vigilanter attēdisti p̄missa que de ipi⁹ vita dicta sunt, Hic multo
vigilancius totū apponas animuz et v̄tutē. vt affectuose. diligent̄.
morose. et pseuerāter nō p saltus uel tedio animi mediteris in illa.
quia hic maxie apparet illa ei⁹ caritas que corda nr̄a deberet totalit̄
ocremare. Cuncta vero cū solita modificatiōe accipere. scz q̄ sic pie
meditari possunt vt narrabo, Non enī in hoc opusculo aliq̄d affir-
mare intendo. q̄d nō p scripturā sacrā ul' dicta sanctoꝝ vl' opiniōes
approbatas affirmet ul' dicat̄, Videt̄ autē michi posse nō incōgrue
dici. q̄ non solū illa penal̄ et mortalis crucifixio dñi ihu. s̄ eciaz ea
que pcesserūt eandē sunt vehemētissime ɔpassiōis amaritudie ⁊ stu-
poris, Quid enī est recogitare q̄ ipe dn̄s nr̄ ihus sup omnia deus
benedict⁹ ab hora qua de nocte capt⁹ fuit vsq; ad sextā crucifixiōis
sue horaz fuit in bello cōtinuo dolorib⁹ obprobriis illusionib⁹ et tor-
mētis. nō enī sibi dat̄ vel modica reqes, Sed i quo bello et conflictu
audi et vide, Alius enī apprehendit eū. alius insurgit. alius ligat.
ali⁹ exclamat. alius impellit. ali⁹ blasphemat. alius expuit in eū.
ali⁹ vexat. alius circūuoluit. ali⁹ interrogat. alius falsos ɔtra eum
inq̄rit testes. ali⁹ inquirētes associat. alius falsū testimoniū contra
eū dicit. ali⁹ accusat. ali⁹ deludit. alius oc'los velat. ali⁹ faciē cedit.
alius colaphizat. ali⁹ eū ad colūpnaz ducit. alius eū percutit. aliu'
vociferat. ali⁹ eū insultant̄ ad descendū suscipit. alius ad colūpnaz
ligat. ali⁹ in eū impetū facit. alius flagellat. ali⁹ eum purpura in
ɔtumeliaz vestit. alius spinis eū coronat. alius arundinē in manu
eius ponit. ali⁹ furibūde de manu eius accipit ut spinosum caput
feriat. ali⁹ nugatorie genuflectit. ali⁹ vt regē salutat, Hec et multa
similia nō solū alius s̄ alii plurimi intulerūt, Ducitur ⁊ reducitur
spernit̄ et reprobatur. voluit̄ et circūflecti huc atq; illuc tanq̄ stult⁹
et inbecillis, Sed tanq̄ latro et impiissim⁹ malefactor mō ad annaz

modo ad caipham· modo ad pilatū· modo ad herodez· et iterum ad pilatū· et ibidem· modo intus· modo foras, Deus me⁹ ꝯ dñs meus qd est hoc, Nonne hoc tibi videt durissimū ⁊ amarissimū ꝯ ɔtinuū bellū, Sed expecta parūper ⁊ duriora videbis, Astant contra eum viuaciter ꝯ ɔstant pncipes seniores ꝯ milia ppli· ac clamāt ab oīb⁹ vnanimit ut crucifigat· ɔsentit a iudice ꝯ sentenciat, Vt crucifigat tradit militib⁹, Vt crucifigat crux humeris ipi⁹ imponit iā fractis et laceratis ī qua crucifigat, Concurrūt vndiqꝫ ciues ⁊ aduene taz maiores qꝫ eciā vilissimi ribaldi viniqꝫ potatores nō ad ɔpaciendū ſ ad deridendū, Nemo est q eū cognoscat ſ cum luto ⁊ immūdiciis impetūt et affligūt, Et dū ignomiaz suā portat factus ē ī pabolaz, Contra eū loquebant qui sedebāt in porta ⁊ ī eum psallebant qui bibebāt vinū, Impellit et anxiatur trahitur et acceleratur ꝯ sic fatigatus flagellatus totusqꝫ maceratus et obprobriis saturat⁹ usqꝫ ad summū· nō sinit requiescē non eē in ocio, Vix pt refocillare spiritū quousqꝫ puentū est ad caluarie locū· locū vndiqꝫ immūdissimum ꝯ fetidissimū· et hec omia cū impetu et furore fecerūt, In ipo autē loco et finis et qes belli de quo tractauim⁹ imponit, Sed que est illa qes crucifixio et lectus doloris, Ecce qlis qes asperior bello est, Vides ergo quomō vsqꝫ ad horā nonaz ppessus ē longū et durū et ɔtinuū bellū, Vere intrauerūt aque usqꝫ ad aīaz suā, Et vere circumdederūt eum canes multi terribiles et feroces et vere ɔsiliū malignācium obsedit eum q ut gladiū bis acutū exacuerunt ī eum et linguas et manus, Ex istis que dicta sunt expedita videtur q de passiōe dñi dici possūt sūmatim in trib⁹ primis horis usqꝫ ad sextaz· scꝫ matutinali prima et tercia, Sed meditatio passiōis in hora matutiāli nō sic est precurrenda, Non ē enī tanta amaritudo dolor et pena dñi ihu sic leuiter ptractanda, Hec enī in quadaz generalitate sup dicta sunt· ſ videamus supra diligenter singula, Non enim nos deberet tedē illa cogitare· que ipsum dominum non fuit tediosum tollerare,

¶ Meditatio passionis xpi hora matutinali,

Preassumēdo igit meditatiōes istas a pncipio passionis et ɔsequēdo p ordinē usqꝫ ad finem· d quib⁹ sicut videtur tangaz· tu vero ut placet exerciteris ī amplioribus ut dñs tibi dabit, Attēde igitur ad singula ac si pñs esses· et cerne eū attente· cū a cena exien

sermone ↄpleto in ortū cū discipulis suis, Vadit vltimo nūc ab eis itinere sociādus quomō affectuose socialit̄ ac familiariter eis loquit̄ et ad oracōȝ hortat̄, Quomō eciā ipe pusillū adest ꝑ iactum lapidis ꝓgrediēs huilit̄ ac reuerēter, positis genubꝫ orat patrē, Hic parū per sustine mirabilia dn̄i dei tui mēte pia reuolue, Orat nūc dn̄s ihus, ꝗ et hactenus legit̄ orasse pluries ꝗ ꝓ nob̄ tunc ut aduocatus noster, nūc aūt ꝓ se orat, Compatē sibi et admirare ꝓfundissimaȝ huilitatē suaȝ, Cum enī sit deꝰ patri suo coet̄nus et coeq̄lis, oblitus videt̄ se eē deū et orat ut homo, stat tamq̄ꝫ q̄dam homūculus de ꝑplō dn̄i orās, Considera eciā ꝑfectissimaȝ obediēciā, Quid enī orat, certe orat patrem ut nō moriat̄ si ei placet, et cū patre expedire habet hoc negociū, et nō exaudit̄ scd̄m aliquaȝ dico volūtatem que ī eo erat, Fuit enī ī ipo multiplex volūtas ut iā dicā ꝛ in hoc eciaȝ tu ↄpatē, Vult enī pater ut peitus moriat̄ ꝫ ei q̄ꝫuis vero unico xp̄o filio nō parcit ꝗ pro nob̄ omībꝫ tradidit illū, Sic enī deꝰ dilexit mundū vt filiū suū vnigeītū daret, Dominus aūt ihus hāc obediēciaȝ suscipit et exequit̄ reuerēter, Vide eciā tercio loco indicibilez ad nos caītatez tam p̄ris q̄ꝫ filii ↄpassiōe admiratiōe et veneratione dignissima, pro nobis hec mors inducit̄ et sustinet̄ ꝓpter nimiaȝ caītatē iporū, Orat ergo dn̄s ipe ihus p̄rem prolixe dicens, Mi pater demētissiē rogo te ut exaudias oracōȝ meaȝ et ne despexeris deprecacōȝ meam, Intende michi et exaudi me q̄a ↄtristatꝰ sum in exercitatiōe mea et anxiatꝰ est ī me spūs meꝰ et in me turbatū est cor meū, Inclina ergo ad me aurē tuā et intende voci depcatiōis mee, Tibi p̄r placuit me ī mūdum mittē ut ꝓ iniuria uob̄ facta ab homīe satisfacerez, Et statī cū voluisti dixi, ecce ego vado, Et sicut ī capite libri scriptū est de me ut facerē volūtatē tuaȝ sic volui, et veritatē tuam et salutare tuū dixi, Pauper sum et in laboribꝫ a iuuētute mea faciēs volūtate tuam et omīa que mandasti paratꝰ complē que restat, Si tamē p̄r miserere potest tolle a me tantaȝ amaritudinē q̄nta michi parata ē ab adūsariis meis, Vides enim q̄nta machinantur adūsum me et quot ꝫ quāta falsa michi imponūt, ꝓpter que accipe aīaȝ meā ↄciliati sūt, Sed pat̄ sancte si feci ea, si ē iniq̄tas in maībꝫ meis si reddidi retribuētibꝫ michi mala decidā ab inimicis meis iracūdis, Ego enim q̄ tibi placita sunt feci semꝑ, Ipsi vero posuerūt aduersum me mala

pro bōis et odium ꝓ dilectiōe mea, et discipulū meū corruperunt et
suū ducē ad prodendū fecerūt, Et appenderunt mercedē meā trigita
argēteis q̇bus appreciatꝰ sū ab eis, Rogo igit̄ te pr̄ mi vt trāsferas
a me calicē istū, si aūt alit̄ tibi videt̄, nō mea volūtas ȝ tua fiat, sed
exurge ī adiutoriū meū festina pat̄ vt me adiuues, Dato enim dul-
cissime pater ꝙ me nescierunt filiū tuū, quia tamē innocentē vitaȝ
cū eis duxi et multa eis beneficia ꝯtuli, nō deberēt ī me sic crudeliter
existere, Recordare namq̧ ꝙ steterim ī ꝯspectu tuo ut loquerer pro
eis bonū et aūterē indignacōȝ tuaȝ ab eis, sed nūquid redditur pro
bono malū, Ipi q̧ foderūt foueā aīe mee et mortē michi turpissimā
parauerūt, Tu vides dn̄e ne sileas et ne discedas a me quōȝ tribu-
latio proxima ē et nō est qui adiuuat, Ecce ꝓpe et ī ꝯspectu tuo sūt
omēs qui tribulāt me querētes aīaȝ meā, Improperiū expectat cor
meū et miseriaȝ, Et rediēs dn̄s ih̄us ad discip̄los suos excitās eos et
deorando ꝯfortās, Iterū scdo et tercio ad oracōȝ rediit ī trib, scȝ diu-
sis locis distātib adinuicē p iactū lapidis, Non quātum excuciēs
brachiū proicē pt̄, ȝ q̄ntū sine magna violēcia lapideȝ mitteret, Et
vt habui a quodā nr̄o fratre q̇ ibi fuit, adhuc in ipis locis sūt vesti-
gia ecclīarū q̄ ibi facte fuerūt, Rediēs igit̄ ad oracōȝ ut dixi secundo
et tercio eūdem sermonē orauit, et addidit pat̄ iuste si sic decreuisti vt
peitus crucis patibulum ꝓ huāno genē subeam, fiat uolūtas tua,
Sed recōmēdo tibi dilectissimā matrē meā et dilectos discip̄los meos
quos huc usq̧ seruaui cū eēm cum illis, Pater mi serua eos a malo
et interim ille sactissimꝰ sanguis corpois sui vndiq̧ ī modū sudoris
erūpens ī hac agonia siue certamīe diū prolixius orat usq̧ ī terram
habūdant̄ decurrit, Considera igit̄ eū q̄nta est angustia aīe sue, ȝ et
illud hic adūte ꝯtra impaciēciā nr̄aȝ q̇a dn̄s ih̄s trib vicib orauit
anteq̧ a pr̄e responsiōȝ accipet, Cū autē sic orat et anxiat̄ dn̄s ih̄s,
ecce angelꝰ pn̄ceps michael astitit ꝯfortās eū et dicēs, Saluete dn̄e
meus ih̄us, oracōȝ vr̄am et sudorē sanguineū pr̄i vr̄o obtuli ī ꝯspe-
ctu tociꝰ supne curie et oīs ꝓcidētes supplicauimꝰ, ut calicem hūc
transferat a vob̄, Et respōdit pat̄, Nouit dilectissimꝰ filius meus ꝙ
humaī generis redemptio quaȝ sic optamꝰ, sine sui sanguīs effusiōe
decēter fieri nō pt̄ et ideo si salutē vult aīarū eū optet pro ipis mori,
Quid ergo fore decernitis, Tunc respondit dominus ih̄us angelo,

Salutē aīarū omīū volo et idēco poci⁹ eligo mori ut saluent̄ anime quas ad suaȝ imaginē creauit pat̄· q̄ȝ velim nō mori ⁊ aīe nō redimant̄· fiat ergo volūtas p̄ris mei , Et angel⁹ ad eū , Confortamini et agite virilit̄, Excelsū enī decet magnifica facē, Cito pertransibunt penosa et ꝑpetuo glo͛sa succedēt · dicit pat̄ ꝙ semꝑ vobiscum est et ꝙ matrē v̄ram ⁊ discipl'os ip̄e seruabit eosq̄ȝ vob̄ reddet incolomes, Et huīlis dn̄s humilit̄ et reuerēter suscipit hanc cōfortacōȝ eciā a sua creatura ↄsiderās se eē mioratū paulo m⁹ ab angel'· scȝ dū est in hac lacrimarū valle , Et sicut ↄtristabat̄ ut homo sic ex verb̄ angeli fuit ↄfortatus ut homo et valefecit et rogās ut patri eū recōmendaret et toti celesti curie, Surgit igit̄ t͛cio ab oratiōe tot⁹ sanguīe madefact⁹, Quē ↄspice tergentē sibi vultū vl' forte eciā ī torrēte lauantē totūq̄ȝ afflictuȝ reuerent̄ cerne intimeq̄ȝ ↄpatē q̄a nō sine ingēti acerbitate doloris hoc sibi ↄtingē potuit, Dicūt tamē sapiētes et expositores ꝙ orabat dn̄s ih̄s p̄reȝ · non tā timore paciēdi q̄ȝ misc͛dia poris ꝑpl'i ꝙ compaciebat̄ iudeis q̄ de sua morte perdebant̄, Non enī ip̄i debebāt eum occidere q̄a erat ex eis et ī lege eoꝝ cōtinebat̄ et tāta eis cōtulerat beneficia, Vnde orabat patrē si fieri posset cū salute iudeoꝝ ꝙ credat multitudo genciū recuso passiōȝ, Si vero iudei excecādi ut alii videantur nō mea volūtas ȝ tua fiat , Fuit enī in xp̄o tunc quadruplex voluntas· scȝ volūtas carnis et hec nullomō volebat pati, Volūtas sensualitatis et hec remurmurabat ⁊ timebat , Volūtas rationis et hec obediebat et ↄsenciebat, Naȝ iuxta p̄la· Oblat⁹ ē q̄a ip̄e voluit· et fuit ī eo volūtas diuitatis et hec impabat ⁊ sentēciaȝ dabat, Igit̄ quia ver⁹ erat homo ⁊ ut homo in magna erat angustia positus , Intime q̄ȝ potes compatē ei, Considera et vide diligēter omēs actuˢ et singulas afflictiōes dn̄i dei tui , Venit autē post hec ad discipulos suos et dicit eis· dormite iam et req̄escite· qui et ibideȝ aliquātulum dormitant, Bonus aūt pastor vigilabat suꝑ custodia pusilli gregis sui , O grandis amor vere ī finē dilexit eos· cū in tāta agonia posit⁹ ꝓcurabat eoꝝ quietē, Videbat aūt alonge adūsarios suos venientes cum facib⁹ et armis· nec tameȝ discipl'os excitauit nisi cum prope et iuxta eos fuerūt , Tunc aūt dixit eis, Sufficit satis dormiuistis, Ecce qui me tradet appropinquat· Et adhuc eo loquēte venit ille nequaȝ ante illos iudas pessimus et osculatus est eū· Dicit̄ ꝙ moris est dn̄i

ihu discipulos quos emittebat in osculo recipere redeuntes, Et propterea proditor illi osculum in signum dedit et precedens alios, cum osculo rediit quasi dicat, Non sum ego cum istis armatis sed rediens more solito te saluto, Aue rabbi. O vere proditor nequissimus. Intuearis ergo bene et prosequaris dominum quomodo benigne suscipit ipsius infelicis amplexus et oscula proditoria, cuius paulo ante pedes lauerat et summo cibauerat cibo. Et quomodo se patitur capi ligari percuti et furibunde duci ac si esset malefactor et omnino impotens se ad defendendum, quomodo eciam compatitur discipulis suis fugientibus et errantibus, Sed et ipsorum dolores cernere potes quomodo inuiti et dolentes gemitus et suspiria dantes ut orphani et timore perterriti recedebant et magis augebatur eorum dolor, cum videbant eorum magistrum et dominum suum sic viliter trahi et canes illos trahentes ad victimam quasi agnum mansuetissimum et immaculatum sine resistencia sequi, Conspice nunc eum quomodo ducitur ab illis nequissimis de torrente versus ierusalem festinanter et anxie manibus post tergum ligatis exclamidatus tunica succinctus non curiose capite discoopertus et curuus ex fatigatione et vehementi acceleratione incedens, Cum autem presentatur principibus sacerdotum et senioribus congregatis, illi quasi leo capta preda exultant et examinant, falsos procurant testes, condemnant et expuunt in eius sacratissimam faciem, oculos velant colaphizant et alapis cedunt dicentes, Prophetiza quis est qui te percussit, Et multis obprobriis vexant, In omnibus se pacienter habentem et hic in singulis eum conspice et compatere, Tandem illi maiores recesserunt mittentes eum in quendam carcerem subtus solarium qui adhuc videri potest uel eius vestigium, et ligauerunt eum ibidem ad quandam columpnam lapideam cuius pars postea murata fuit et adhuc apparet ut habeo a quodam fratre nostro qui vidit. Dimiserunt nichilominus eum et cum eo aliquos armatos ad tuciorem custodiam, qui eum per totam noctem residuam vexarunt derisionibus et maledictis vacantes, Intuere igitur qualiter illi audaces et pessimi conuiciantur eidem dicentes, Credebas te esse meliorem et sapientiorem principibus sacerdotum et sapientibus nostris, Que stulticia tua erat, non debebas contra eos tuum aperire os, Quomodo fuisti ita ausus sed nunc apparet stulticia tua, Tu stas modo sicut

conuenit paribus tuis, Dignus proculdubio es morte et tu habebis eam. & sic per totam noctem modo vnus modo alius insultat verbis et forte factis contra eum, Quanta enim dicunt et faciunt isti mercenarii vilissimi cum possunt indiscrete et irreuerenter, Intuere dominum verecundum et pacienter tacentem ad omnia tamquam in culpa deprehensum. vultu in terra dimisso et vehementer compatere, O domine ad quorum manus venisti quanta est paciencia tua, Vere ista est hora et potestas tenebrarum, Et sic stetit rectus ad istam columnam ligatus vsque admane, Interim autem iohannes vadit ad dominam et socias infra domum magdalene in qua cenam fecerant & narrat cuncta que domino et discipulis contigerunt, Tunc indicibilis planctus eiulatus et clamor factus est, Intuere eas & compatere quia in afflictione maxima et dolore vehementissimo sunt de dilectissimo domino suo. quia bene vident et credunt ipsum esse moriturum, Tandem domina secedit in partem et ad orationem se conuertit dicens, Pater reuerendissime pater piissime pater clementissime recommendo vobis filium meum dilectissimum. recommendo vobis vnigenitum vestrum dilectissimum. non sitis ei crudelis qui cunctis estis benignus, Pater eterne morietur ne filius meus, Nichil enim mali fecit. sed pater clementissime si redemptionem vultis humani generis per alium modum obsecro faciatis, Omnia possibilia sunt uobis rogo vos pater iustissime si vobis placet non moriatur filius meus liberate ipsum de manibus peccatorum et reddite eum michi, Ipse per obedienciam & reuerenciam vestram non se iuuat. dereliquit seipsum et tamquam imbecillis et impotens est inter illos, Vnde vos eum iuuate, Hec et his similia orabat domina toto affectu et toto conatu suo & cum amaritudine magna, Compatere nunc ei quam sic cernis afflictam,

Meditatio passionis xpi ad primam et quomodo principes sacerdotum duxerunt dominum ihesum christum ad pilatum presidem,

Mane autem tempestiue redierunt principes et maiores populi et fecerunt ei ligari manus post tergum dicentes eidem, Veni nobiscum latro veni ad iudicium hodie complebuntur maleficia tua. modo apparebit sapiencia tua et sic duxerunt eum ad pilatum et ipse tamquam nocens eos sequebatur cum esset agnus innocentissimus, Cum autem mater et iohannes et socie exissent ut venirent ad eum et pergentes

summo mane foras occurrerunt eidem in biuio. et videntes eum sic vituperabiliter et sic enormiter et tanta multitudine duci quāto replete sunt dolore dici non posset, In illo autem mutuo aspectu fuit dolor vtriusqꝫ, Nam ipse dominus affligebatur multū ex cōpassiōe quam habebat ad suos maxime ad matrem, Sciebat enī qꝫ pro ipō dolebant vsqꝫ ad mortem. siue vsqꝫ ad euulsionem anime a corpore, Considera igitur et intuere ista diligenter per singula quia multuꝫ sunt compassiua, Ducitur ergo ad pilatum et illi alonge sequuntur quia appropinquare nō possunt, Acusatur ab illis ā multis, Ipse vero tacebat et pauca presidi locutus est. Preses ergo non videns in eo causam mortis remisit eum ad herodem. Herodes vero cupiēs videre de suis miraculis gauisus est. sed nec miraculum nec verbum aliquod ab eo habere potuit. Igitur de hoc reputans eum stultū fecit in derisione eum indui veste alba et remisit eum pilato, Et sic vides qualiter dominus non solum malefactor. sed eciam stult9 reputat9 est, Ipse autem pacientissime omnia tollerabat, Intuere et hic eum dum ducitur et reducitur dimisso vultu et verecunde incedentem et omnium clamores conuicia et subsannationem audientem et forte lapidum percussiones et immundiciarum suscipientem, Et respice eciam matrem et suos cum indicibili dolore alonge sequentes, Reducto autē eo ad pilatum. illi canes cū audacia magna et cōstācia prosequntur suas accusationes, Sed pilat9 causam mortis non inueniens in eo nitebatur eum dimittere. Dixit ergo corripiam eum et dimittaꝫ, O pilate pilate tu dominum castigas nescis quid agis. quia nec mortem nec flagellum meretur. rectius ageres si te ad suū nutum corrigeres, Jussit autem eum flagellari, Spoliatur ergo domin9. ad columnā ligat̄. durissime flagellat̄. stat nud9 coraꝫ hoīb9 iuuenis elegās et verecund9 speciosus forma p̄ filiis hoīm. Suscipit spurcissimorum flagella dura et dolorosa caro illa innocentissima et tenerrima mundissima et pulcherrima. Flos omnis carnis et tociu9 humane nature repletur liuorib9 et fracturis, Fluit vndiqꝫ sangui9 de omnibus partib9 sui corporis. superadditur reiterat̄ inspissatur liuor super liuorem. quousqꝫ tam tortoribus q̄ꝫ inspectorib9 fatigat9 iubetur solui, Columna aūt ad quam ligatus fuit vestigia cruoris ostendit ut continetur in historiis. Hic ergo eum diligent̄ considera

per longam moram. & si hic ei non compateris cor lapideũ te habẽ reputa, Tunc impletum est quod ait ysaias. Vidimus eum inquit et non erat aspectus & reputauimus eũ quasi leprosum et humiliatũ a deo, O domine ihesu quis fuit ille tam audax et temerarius qui te expoliauit, Et qui illis audatiores qui te ligauerunt & qui illi audacissimi qui te flagellauerũt. Sed tu sol iusticie tuos radios subtraxisti et ideo sic tenebre & tenebrarum potestas omẽs sunt te potẽtiores, Amor tuus et iniquitas nostra sic te fecit imbecillem, Maledicta sit tanta iniquitas pro qua sic affligeris, Soluto autem domino a columna. ducunt eũ sic nudum sic flagellatum per domũ perscrutãdo pro pannis qui dispersi et proiecti fuerãt p domũ ab expoliatoribus. Intuere eum bene afflictum & trementem propter frigus, Erat enĩ frigus ut euangelium dicit, Cum se vellet reuestire contendunt impiissimi quidam dicũt pilato, Domine hic se regem facit vestiamus et coronemus eum more regio, Et tunc accipientes quandã clamidẽ sericeam rubeam et veterem et turpem vestierũt eũ et spinis coronauerunt, Cerne igitur eum in actibus suis singulis et afflictionibus. quia omnia hec faciũt et sustinet que ipsi volunt. Purpurã suscipit. caput corone spinee parat. arundinem manu tollit et ipsis genuflectentibus et ut regem salutantibus tacet et obmutescit, Cerne nunc eum cum cordis amaritudine & maxime cũ arundine caput ipsius plenum spinis grauiter et sepe percutitur & quomodo depresso collo pacienter cum dolore magno acerbos ictus suscipit. Perforabãt nãque caput eius sacratissimum acerbissime ille spine. ac totum sanguine madefaciebant, O miseri quomõ vobis adhuc tremebundum apparebit caput illud quod nunc sic percutitis, Illudebant enim ei tanquam regnare volenti et non valenti, Omnia sustinet tanquam eorum seruus. sed nec illis suffecerat quod ad maiorem illusionem totam cohortem cõgregauerunt. sed et coram pilato et toto populo adducunt eũ foras publice sic illusum et portantem spineam coronam et purpureum vestimentum, Cerne pro deo eciam nũc quomodo ad terram dimissa facie stat coram tanta multitudine vociferante & clamãte, Crucifige crucifige semper eum decidentes et insultantes quasi sapiẽtiores fuerit eo et quasi modo appareat quod ipse insipienter se habuerit contra principes et phariseos qui sic eum captari fecerunt et ad talem finẽ pouci

et sic nō solum dolores ꝛ penas ꝫ etiaꝫ obprobria suscipiebat ab eis.

Meditatio passionis domini ihu christi ad terciam.

Cum igitur tota multitudo iudeorū vocib9 magnis clamat ut crucifigatur ⁊ sic condemnatur a preside misero pilato, Non recordantur benefitiorum et operum eius, Non mouentur propter innocenciam eius et quod crudelius videtur non retrahuntur ꝑpter afflictionem quaꝫ ei vident. sed exultent et gaudent principes et maiores ꝙ habent intentum suum prauum. rident ꝛ derident eum qui est verus et eternus deus ꝛ eius mortem accelerant quantū possunt. Reducitur autem domin9 intus. spoliatur purpura illa et adhuc nudus coram illis est et datur sibi reuestiendi licencia. Attende igitᷣ hic diligenter etiam et staturam eius considera in singulis actibus. ut intime compaciaris ac simul pascaris, Auerte autem parumper a deitate. et eum purum hominem considera ꝛ videbis iuueneꝫ elegantem nobilissimum innocentissimum ⁊ amantissimum. totum flagellatum et sanguinibus liuorib9 respersum. pãnos suos vndiqꝫ sparsim proiectos de terra colligere et cum quadaꝫ verecundia reuerentia et rubore se coram illis ipsum semper irridentib9 reuestire. ac si foret omnino infirmus derelict9 a deo ⁊ omni auxilio destitutus. Intuere igitur eum diligenter ꝛ pietate et compassione mouearis. Nam modo recolligit vnam tunicam. modo aliam et sic coraꝫ illis se reuestit, Redeas postea ad deitatem et considera illam immensam eternam et incomprehensibilem ac imperatoriaꝫ maiestatem incarnatam. se flectentem humiliter ad terram inclinantē pannos recolligentem et se cum reuerentia ꝛ rubore sic vestientem ac si esset homo vilissimus. ꝑmo quidam seruus emptitius sub illorum dominio cōstitutus et ab eis pro aliquo excessu correctus ⁊ castigatus, Intuere etiam eum diligenter et humilitatem suam admirare ⁊ imitare et eidem conforma teipsum, Eisdem etiam cōsiderationib9 compatiēs intuere potes eundeꝫ cum ad columnaꝫ ligatus et sic enormiter flagellatus est et reuestitus, Ducunt eum foras ne mortem differāt, Et tunc venerabile lignum crucis longum grossum ⁊ multum graue ponunt super humeros suos. quod agnus mansuetissimus pacientᷣ suscipit et portat, Et ut dicitur in historiis. opinio est crucē domini quindecim pedes habuisse in altuꝫ et tunc acceleratur et obprobriis

saturatur ut est in principio tactum. Ductus autem fuit foras cum socijs suis duobus utique latronibus. hec est societas sua. O domine ihesu sapientissime quantam verecundiam vobis faciunt isti amici vestri latronibus vos associant, Sed et deterius faciunt. quia crucem vobis portandam imponunt. quod de latronibus non legit᷑. Unde non solum iuxta prophetam ysaiam, Cum iniquis deputatus est. sed iniquorum iniquior. Indicibilis est domine paciencia vestra. Cerne igitur hic eum bene quomodo uadit curuus subtus cruceꝫ et vehementer anhelat. Compatere igit᷑ ei et tu inquantū potes in tot angustijs et obprobriorū renouationibꝫ positus, Quia vero mesta mater propter multitudineꝫ gencium ei appropinquare nō poterat iuit per aliam viam breuiorem celeriter cum iohanne et sociabꝫ suis ut alios precedens eidem appropinquare valeret, Cum autem in cō-cursu viarum extra portam ciuitatis eum habuerit obuium. cernēs eum sic oneratum ligno tam grandi quod primo non viderat. semi mortua facta est pre angustia. nec verbū dicere potuit nec dominus ei, Ita acceleratus est ab eis qui eum ad crucifigendū ducebant. Ulterius autem dominus procedens parumper. vertit se postea versus mulieres flentes et dixit eis. Filie irl'm nolite flere super me, Ut in euangelio continetur, Et in his duobus locis adhuc apparent vestigia ecclesiarum que ibi facte fuerunt in horum memoriaꝫ. vt habui a quodam nostro fratre qui vidit. Qui etiā dicit ꝙ mons caluarie vbi fuit crucifixus distabat a porta ciuitatis quantuꝫ locus noster. Unde nimis erat portatio crucis. Cum ergo vlteriꝰ processisset et ita esset fatigatus et confractus ꝙ amplius portare nō possit. deposuit crucem, Illi autem pessimi differre nolentes mortem eius timentes ne pilatus sentenciā reuocaret quia ostenderat voluntatē dimittēdi eum. cogerunt quendaꝫ ut crucem portauit, Ipsum auteꝫ sic exoneratum sed ut latronem ligatum duxerunt ad locū caluarie, Nonne igitur hec que in matutinali prima terciaque hora passus est videnť tibi absque aliqua crucifixione vehemētissimi doloris esse et amarissimi. ac etiam horroris valde stupendi, Certe sic puto et multum ad compassionem valentia ymmo compassionem facientia. quinymmo compassionem inferentia, Hic igitur completa videntur que de his tribus horis dicenda sunt.

Meditatio passionis xpi in hora sexta et nona.

Cum igitur dominus ihs vituperabiliter ductus ad locuz cal-
uarie fetidũ peruenit, aspicere potes operarios malos vndiqz
nequiter operari. His autez toto mentis intuitu te presentem exhi-
beas et intuere diligenter singula que fiunt contra dominũ et etiaz
que dicuntur et fiunt ab ipso et p ipsum. Videas oculis mẽtis aliqs
figere crucem in terra, alios parare clauos et martellos, alios pare
scalas et necessaria instrumenta, alios ordinare quis quid facere de-
beat, et alios spoliare ipsum. Spoliatur ergo et est coram tota mul-
titudine et nũc tercia vice nouantur fractura ꝓpter pannos ad car-
nem applicatos. Nunc primo conspicit mater et videns filium suũ
sic aptatum dolore mortis, affligitur tristatur etiam supra modum
et cum rubore qꝫ eum videt totaliter nudum. Naz etiam femoralia
non dimiserunt ei. Accelerat ergo et approximat filio, amplexatur et
